













16  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10





1673.

1. Artopuel, Johann Daniel : Num Alexander III Fridericus  
cum Barbarorum calcaverit pedibus?
2. Bornius, Jacobus : De censu constitutivo
- 3<sup>us</sup> Carpzov, Augustus Benedictus : De jure Weich-  
baldorum.
4. Fingerus, Michael : De competente beneficio.
5. Fridericus, Valentinus : De capitamentis vulgo  
Barricis.
6. Geilerus, Frdr : De mercatoribus
- 7<sup>us</sup> Heringius, Georgius : De lucro dotis ac dotalitio
8. Rechenberg, Adamus : Casus nuptiarum Illustrium.
9. Rechenberg, Adamus : De jure talionis.
10. Schwenckenbaerfferus, Bartholomaeus Lerchener : Resolutio  
corporis juris Justinianae.



1675

11. Inuentendaerffer, Bartholomaeus Leonhardus : Samen  
juris diuini II errorum portio ueni in paratol  
Wesenbeii: lib. IV tit 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8 & 9.

12. Inuentendaerffer, Bartholomaeus Leonhardus : De ulti-  
mis suppliciis







1675

1. Inventionen, Buchhaltung, Rechnung  
2. Just die same, II. Anweisung für den  
3. Inventionen, Buch III. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.  
4. Inventionen, Buch III. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.  
5. Inventionen, Buch III. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.  
6. Inventionen, Buch III. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.  
7. Inventionen, Buch III. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.  
8. Inventionen, Buch III. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.  
9. Inventionen, Buch III. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.  
10. Inventionen, Buch III. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.





24

1673, 107.  
12

JEHOVA BENIGNO FAVENTE!

RESOLUTIO

CORPORIS  
JURIS JUSTINIANEI,

*Quam*

Consentiente Magnifico atq; Nobilissimo  
Jctorum Lipsiensium Ordine

PRÆSIDENTE

VIRO

*Admodum Reverendo, Præ-Nobilissimo, Consultissimo  
atq; Excellentissimo*

Dn. BARTHOLOMÆO LEON-  
HARDO SCHVVENDENDORFFERO,  
J. U. D. Codicis Professore celebratissimo, Ecclesiæ Cathe-  
dralis. Marisburgensis Canonico gravissimo, Curia Electoralis at-  
que Ducalis supremæ & Facultatis Juridicæ Assessore,  
nec non Academia Decem-Viro undiqvaque  
meritissimo,

*Domino Patrono, Promotore atq; Præceptore suo omni  
observantia cultu colendo,*

ad diem 6. Martii A. C. M. DC. LXXIII.

*publicè & solenniter Eruditorum Examine subicit*

JOHANNES BALTHASAR Falckner!  
VVeisenselsâ-Misnicus. AUTOR.

LIPSIÆ

Typis JOHANNIS ERICI HAHNEL



P. 89





V I R O S

*Magnificos, Nobilissimos, Amplissimos atq̄,  
Consultissimos*

DN. ISAACUM

*Leickhern /*

Justum Excellentissimum Serenissimo  
Sax. Elect. Aulæ, Justitiæ & finium regundorum  
Consiliarium.

DN. GABRIELEM

*Zogten /*

Toparcham in Elbersdorff / Sereniss. Sax.  
Elect. à Consiliis Aulicis & Secretis  
Camerilibus.

humillimâ præsentis hujus Dissertationis consecratione  
devotè veneratur & Promotores expetit

AUTOR.




295

Epistola Censoria petitoria  
*Ad Dn. Vice-Cancellarium Saxo-Magdeburgicum*  
**D. ADAMUM SAMUELEM FREY-**  
**STEINUM, in Eschorna Hereditarium.**

*Reverendissimi atque Serenissimi Principis ac Domini*  
**DOMINI AUGUSTI**  
in Hereditariarum Provinciarum Regimine Vice-Can-  
cellarie Eminentissime, Consiliarie Aulice Splendidissime, Illu-  
stris Augustei Inspector gravissime & Juris Professor Celeberrime,  
de singulis Officiis summis immortaliter  
meritissime,

*Magnifice, Præ-Nobilissime, Consultissime, atque Excel-  
lentissime Domine Patrone atque Promotor submissio cordis affe-  
ctu sancte devenerande.*

 *Q*uod triennium nunc est, cum Illustre Augusteum Patrium (in quo No-  
bilissimam Vestram Magnificentiam solida Juris usualis fundamen-  
ta secundum Institutionum ordinem profitentem non sine maximâ  
voluptate & summâ utilitate audivi, & quod mihi rectam viam & Metho-  
dum addiscendi Jura inibi ostenderit, pro eo maximo Beneficio adhuc im-  
mortales Nobiliss. Vestra Magnif. debeo gratias, fuit Nobiliss. Vestra Ma-  
gnif. per integrum Triennium publicus meus Præceptor, & adhuc meus, do-  
nec mihi vita, in suis solidâ Juris cognitione stillantibus consiliis manebit)  
cum celeberrimo Tilieto commutarem, incepta studia Themidi sanctissima  
consecrata absoluturus. Ut autem futuris Promotoribus meis aliquam otii  
mei Academici rationem reddam & ad propositam metam magis magisque ap-  
propinquem, conscripsi superioribus septimanis presentem hanc Disputatio-  
nem. Hoc Thema, à nemine sub hac Formâ unquam tractatum, præ aliis, quæ  
sepe mihi offerebant, Materis ut seligerem, Autor quasi mihi fuit Excellen-  
tissimus Philyræ nostræ Antecessor (cujus tradita in pertexendo studiorum  
Juridicorum sulo hætenus sectatus assidue sum) Dn. D. Fridericus Geisle-  
rus, qui ab Auditoribus suis nihil magis desiderat, quàm ut sint textuales.

A 2

Omnes,



Omnes, inquit, Germania Anguli Themidos adscriptitiis abundant, ii ta-  
 mèn veram Juris Philosophiam qui calleant, albis rariores sunt corvis. No-  
 lite, ô Mei, in Rabularum numero inveniri, fundamentalem Eruditionem,  
 veram & distinctam, non simulatam & confusam Juris scientiam vobis  
 comparate, sic juxta Imperatoris nostri votum, quod extat in S. ult. 7. Proem.  
 Inst. Respublica in Partibus ejus vobis credendis feliciter gubernari poterit.  
 Accidit igitur, ut cum ejus Consiliis Monitisq; fidelissimis stimulatus Juris  
 Corpus nunquam de manu deponerè, sed semper in ejus Historiam, Librorum,  
 Titulorumq; continuationem inquirerem, Materiarum sedes investigarem,  
 sicq; ad Legum Adyta atq; Arcana magis magisq; properarem, non inutiliter o-  
 peram me locaturum, si hoc ipsum Juris Justinianei Corpus sub Disputationis  
 Forma resolverem & membratim, ressecarem, mihi persvaderem. Accedebat  
 & hoc ut Pra-Nobilissimi atq; Excellentissimi Dn. D. Schwendendorfferi  
 futuri Disputationis meae Praesidis Praelectiones, quas insignem usum habentes  
 & nullibi tam nervosâ Methodo obvias per continuum Quadriennium ad  
 ejusdem Nobilissimae Excell. pedes sedens avidè calamo excepi, aliqualem  
 manuuctionem ad hoc meum propositum praeberent, non cessavi igitur usq;  
 dum hunc laborem, Jehovah benigno favente, ad finem perduxi. Has itaq; stu-  
 dii mei Juridici primitias Nobiliss. Vestrae Magnif. Censura hic subjicio, & si  
 illas, ut lucem publicam videant, dignas judicarit, peto observantèr ut Ju-  
 dicium suum per Epistolium quoddam Typis unà cum Disputatione exscri-  
 bendum mihi aperiatur, faciet Nobiliss. Vestra Magnif. rem mihi gratissimam  
 perpetuo observantiae cultu remunerandam. Quod si autem Nobiliss. Vestra  
 Magnif. sumptus illos, qui ad Disputationem aliquam Juridicam solennem  
 hic requiruntur, in hoc Thema non benè collocari existimaverit, tribus sal-  
 tem verbis manu vicariâ mihi, velim, significet, tunc vel Disputationem ali-  
 quam de Actione Arresti, von der Kummer-Klage meditabor, aut Jctum,  
 sive Principis Secretarium sub Disputationis formâ proponam, de quibus  
 Nobiliss. Vestrae Magnif. consilium imploro, in cujus voluntate semper acqui-  
 esco. Sic Nobiliss. Magnif. sub Jehovah protectione optimè valeat & sicuti ha-  
 tenus ita & imposterum redamet

Dabantur, Lipsiæ ex Museo  
 die 26. Dec. 1672.

Suum antiqua Solduriorum lege devotissi-  
 mum atq; devotissimum

Clientem

FALCKNERUM.



296

Epistola Censoria responsoria.

FELICITATEM!

**Q**uem defectum minatura videtur plurimum, qui Juri operam navant, nimis pigra aviditas, dum solidorum principiorum parum curiosi cruda studia in forum propellere allaborant, nihilque dignum scitu existimant, nisi quod ad farrem, ad farrem conducatur; illum Te, Politissime Falcknere, suppleturum spem mihi præbet egregia tua de Corpore Juris Justinianei Dissertatio, quam & meæ censuræ subicere voluisti. Sanè suspenderem quam expromerem eandem potius, non quod aliquid videam, in quod tuam mihi porrectam virgulam stringere possim, sed quia concatenati mei labores & adversa imprimis valetudo, quæ hæcenus pressus, animum sui juris non relinquunt, qui tamen dum talia legimus aut super iisdem quid meditamur, debet esse quam quietissimus. Agnosco tamen affectum tuum quo in me fereris, & quem ante tres annos, cum hic per totidem sedulum in Jure auditorem ageres, non una vice expertus sum, & proinde confido ignoturos quoque mihi veteri informatori Clarissimos Academiae Lipsiensis Antecessores, quos sub eorum auspiciis tam egregio specimine jam sequi aggressus es. Plura quidem in Jure Justiniano exoleta reperiri, novoque & cupiditatibus minus obnoxio indigere Triboniano vetus querela est, sed infra experimentum melioris laboris huc usque stetit, quem quæsiere quidem plures novorum Jurium consarcinatores, sic tamen ut effectum concupiscere magis queamus quam sperare. Interim manet Romanis Juribus suus honos, & potestatem legislatorum qui contempsit aut ab humeris suis dejecit, rationem tamen adprobat & retinet, parumque sua placita ponderat, nisi his principiis fuerint fulcra. Quia de causa perge, mi Politissime Falcknere, sic texere telam, quam tam felici filo exorsus es, certeque tibi persuade nunquam tibi defuturos Patronos, quorum suffragiis & tu suo poteris tempore, labore legitime exantlato, in partem regiminis adsciri. Dudum inclytæ Domus Saxonicae servitiis majores tui inclaruerunt, & Serenissimi Posteris illum suo favore, sua gratia potius dignum existimabunt quem præter proprias virtutes suorum memoria commendat. Quod ut quam citissime fiat, fideliter precatur.

*Leucopetra d. 15. Januarii 1673.*

T.

*observantissimus*

ADAM SAMUEL Greystein / J. U. D.  
Consil. Sax. Regiminis Vice-Cancellarius,  
Gymnasii Inspector & Professor.



*Clarissimo atq; Praeclenti*  
DN. JOHANNI BALTHASARI FALCKNERO, Jurium  
Cultori strenuo,

*Fautori suo colendo, atq; haecenus Auditori perindustrio*

*S. P. D.*

GEORGIUS HEINZIUS, J. U. D.

**L**ætus percepi, Clarissime Falcknere, Te propediem solidæ eruditio-  
nis Tuæ publicum editurum specimen, quo & Patronis & Promoto-  
ribus non vulgarem de Te sibi jam diu conceptam spem atq; opinionem  
magis approbare posses. Insigne certe ejus est documentum, quod labo-  
rioso isto Tuo partu disputando exhibere occupasti, quem ipsum quanta  
aviditate perlegi, tanto amore atq; laude prosequor. Non desudasti in-  
tritis illis & vulgatissimis materiis, ex quibus fortè vel nihil utilita-  
tis, vel si aliqua est, certè exigua, in rem literariam descendere valet, sed  
eam elegisti, quâ versatissimum Te Juris ostenderes, atq; ætas docta pe-  
ritissimum ejusdem Te declarare posset. Nec per saltum honores atq;  
munera ambire satagis, postquam enim Theoreticorum Scholis, cum  
publicis, tum privatis assidue hæcenus inhæsisse, non saltem ea Tibi fa-  
miliaria reddere cupivisti, super quibus, tanquam fundamentis & prin-  
cipiis, reliqua inædisceres, sed & ea, quæ ad Praxin forenses faciunt, non  
perfunctoriè edoctus es; annus enim est, & quod excurrit, ubi perin-  
dustriè forensia, me præeunte, exaudivisti, ita ut, fundamentis ante jam  
probè jactis, aliquando vel judicando, vel patrocinando scienter, & dex-  
trè, uti aliàs soles, aliis inservire possis. Quemadmodum autem, teste Ul-  
piano, Civilis sapientia res sanctissima est, ita Tibi, ut Sacerdoti, de ea-  
dem, solide acquisitâ, animitus gratulor, non vaniter, uti spero, augu-  
ratus, inde quamprimum, uti virtute mereris, multum honoris atqve  
emolumenti in Te redundatum iri. Perge modo eâ, quâ cœpisti, viâ in-  
gredi, ita Principe clementissimo & Patronis succurrentibus, deside-  
ratos palmæ honores atqve fructus citò citius adipisceris. Vale, & vi-  
ve quam felicissimè, meqve amare perge. Dabam è Museo, Prid. Non,  
Febr. Anni salutis recuperatæ M. DC. LXXIII.

Prælo-



## Præloquium.



Um multitudinis studiosorum, quâ  
 Germaniæ Academiæ florent, in *Epistolâ Dedicato-*  
*riâ Tractatûs sui planè aurei de stipendiis & stipen-*  
*diatis scholaribus mentionem fecisset celeberrimus*  
*ille Jctus Dn. D. Ahasverus Fritschius Consiliarius*  
*Schwartzburgicus de utraq; Rep. meritissimus, non*  
 rarò audiri querelas tandem subjicit, ex decem literatis, quales vul-  
 gò in scholis habentur, vix unum alterumve reperiri, à quo, ex *Im-*  
*peratoris Justiniani voto in Proem. Inst. ad fin.* Respublica in  
 parte illi credendâ gubernari possit. Verissimam cau-  
 sam adducit *Magnificus Dn. Vice-Cancellarius Saxo-Magdeburgicus*  
*& c. D. Adam Samuel Freystein Præceptor* quondam in Illustri, quod ad  
 Salam efflorescit, Augusteo & Patronus, cui ob beneficia sua plus  
 quàm paterna post Deum plurima me debere non diffiteor, nunc Promo-  
 tor meus certissimus in *Programmate invitatorio ad Orationem suam in-*  
*auguralem, cum Juris Professionem in laudato Athenéo auspicaretur, si*  
 vera dicere licet, inquit, in scholis & è scholis ortum productumq;  
 hoc Malum. Imponuntur vel obtruduntur iisdem sapissimè, qui  
 nullis humanioribus litteris, aut veris Juris principiis imbuti & ad-  
 sciscuntur aut admittuntur Auditores, qui vix manum ferulæ tri-  
 vialis Scholæ Præceptoris subduxere, & verborum in Jure significa-  
 tiones addiscere cupiunt, qui verborum flexiones nondum rectè è  
 Donato didicerunt. Quam querelam etiam *idem* repetit in *Prælo-*  
*quio Disputationis sue super Instit. Imperiales primæ, ante Quadrienni-*  
*um, me respondente, habitæ, ibi, quo Reip. malo id fiat, quod qui-*  
*libet ferè non tam principia Juris sedulò addiscere, quàm statim ad*  
 Decisiones causarum properare crudaq; studia propellere in Fo-  
 rum allaborat, jamdudum gravissimi Jurium Interpretes conqvesti  
 sunt & Experientia multis rerum documentis testatur. Hæc *con-*  
*summatus Jctus Freysteinus, quem nec voto suo derelinquit,*  
*Fori & Præceos Saxonice curiosissimus Indagator Magnificus Dn. D. Phi-*  
*lippi Comes Palatinus Cæsareus, Scabinus & Pro-Consul Lipsiensis, iti-*  
 dem



dem Praeceptor in celeberrimâ hâc Philyrêa & Patronus meus devotè  
 colendus in *Notis practicab. M. SS. super Ordin. Proc. Elect. An. C. 1670.*  
 & seq. in Collegio aliquo privato mihi & aliis Auditoribus suis solitâ  
 industriâ dictando communicatis ad Tit. 3, §. Besonders aber 2c. ubi  
 ejusmodi Juyenes Advocatos & litium Confusores (eos intelligit,  
 qui non per legitimum tempus Juris studio infudantes praxeos ini-  
 tia itâ hauriunt, ut cum utilitate hoc laudabile & perquam necessari-  
 um advocandi munus sustinere & tractare possint, sed posteaquam  
 Annus, vel, ad summum, Biennium non tamen continuum in Aca-  
 demiis transactum est & Disputatio aliqua ab aliis multoties venti-  
 lata ad nauseam usqve recocta & concinnata est, tunc suo perfuncti  
 in Juris studio officio videri volunt) ex *Ventura de Valent. lib. 1, c. 9.*  
*n. 15.* similes navigantibus Athenas dicit, qui primo anno sapientes,  
 secundo Philosophi, tertio Rhetores vel Sophistæ, quarto nihil  
 erant, & de quibus verè luserit, quicumq; luserit:

In Institutis confero vos Brutis,  
 In Digestis nihil potestis,  
 In Codice scitis modicè,  
 In Novellis comparamini Afellis,  
 In Reichs-Abscheid send ihr nicht kommen weit/  
 In Feudis similia promittitis Pseudis,  
 In Canonicis estis tanquam mutus piscis,  
 Et tamen creabimini Doctores.  
 O tempora! O mores!

Idem statuit Excellentissimus Philyrêa nostræ Antecessor, Dn. D. Fride-  
 ricus Geislerus Praeceptor & Patronus meus colendissimus in Collegio suo  
 Philosophico Juridico rationali Ax. 37. lit. B. A. C. 1670. maximo Au-  
 ditorum suorum (in quorum ingenti numero & ego eram) emolu-  
 mento habito & in Praelectionibus suis publ. ex ipsius ore calamo à me  
 exceptis super R. J. §. 4. ubi svadet ut Theoria seu Explicatio legum  
 debeat præcedere Praxin seu applicationem legum ad casus, quod  
 vel naturâ simplicia sint priora compositis. Hæc tantorum virorum  
 monitauti semper maximi feci, ita etiâ pro virili seqvi nullus un-  
 quam dubitavi. Quoniam verò Juri operam daturum (juxtâ moni-  
 tum celeberrimi quondam Philyrêa hujus Antecessoris B. Dn. D. Ama-  
 dei




298.

*dei Eccolti in Historiâ Juris Civilis & Canonici M. S. A. C. 1666. privatim Auditoribus suis propositâ*) primo omnium nosse oporteat, quibus in libris comprehendantur solida Juris fundamenta & vera LL. Arcana. Idcirco cum jam specimen aliquod profectuum Academicorum edere mihi incumbat, operam me non perditurum *humiliter confido*, si (sepositis aliis libris Methodicis, ex quibus etiam materiam aliquam practicabilem, more scripturientibus solito, exscribere & consarcinare faciliori negotio potuissem) hos ipsos libros *authenticos*, quos *Excellentissimos Dnn. Antecessores nostros* hac in Academia hætenus per Quadriennium tam privatim quam publicè explicantes audivi, resolverem, nostrumque Juris Corpus membratim rescarem atque methodicè in Disputationis structuram ædificarem. Quem laborem etiam, fufis ad Deum, uti in omnibus meis conatibus ita & in hoc, iis precibus, quas *B. Carpzovius & Hermannus Conringius*, ille *Jctorum*, hic *Politicorum Princeps* in *suis arcanis Informativis M. SS.* ille, *quomodo solidissimam Juris scientiam studiosus sibi comparare*, *Monito generali* 3. hic, *quomodo ad Reip. Gubernacula capeffendâ aliquis se preparare debet*, à studioso requirunt, in Nomine Domini nostri Jesu Christi (quâ invocatione Justinianus Imperator Jura privata in *Proëm. Inst.* & Carolus IV. Imperator Jura publica in *pr. Chrysobulle* incœperunt) aggrediar sanctè ex *N. 6. circa fin. Prefat.* persuasus benè universa geri & competenter si rei principium fiat decens & amabile Deo, sit itaque, Jehovâ benigno favente, Corporis hujus moralis

C A P U T,  
 continens Corporis Juris Definitionem &  
 præliminarem Divisionem.

POSITIO I.

 *Orpus Juris* vocatur, quòd in libros illos, quibus constat, multa atque varia relata sint, quæ, si per se considerentur, sint tanquam membra, si conjunctim. *Corpus* constituent ex diversis illis membris tanquam Compositum. *Herm. Vultej. in Proleg. de studio Juris. n. 16.*

B

II. Prout



II. Prout autem Regimen est vel Ecclesiasticum vel seculare. *Marc. XII. 17. N. 83. pr. const. Frid. II. de statut. & Consuetud. contra libertat. Eccles. c. 10. dist. 96. D. Benedictus Carpzov. in Comment. ad L. Reg. Germ. c. 2. n. 1. 4. & 5. Theodorus Reinking Tr. de R. S. & E. lib. 1. Class. 2. c. 6. n. 1. seqq. supra laudatus & nunquam sine honoris praefatione mihi nominandus Magnificus Dn. D. Freystein in Dissert. sua inaug. elaboratissima de Jurisdic. Ecclesiast. Posit. 7. Prae-Nobilissimus Dn. Praeses in Praelect. publ. ex ejus ore à me exceptis ad ff. lib. 2. Tit. 1. §. 45. D. Schnobel Disp. ad ff. 2. Th. 9. Excell. Dn. M. Jacobus Thomafius, Philosophus Philyreus incomparabilis, Praeceptor colendissimus, in Philos. pract. Tab. 40. n. 40. ibiq. ejusdem genuinus quondam Discipulus & nunc Aemulus Excell. Dn. M. Caspar Esaias Siegfridus Illustris, quod Leucopetra insigniter radiat, Augustei Rector & P. P. celeberrimus Praeceptor meus cum cura nominandus in Notis M. SS. privatim communicatis. Et homines vel Laici vel Clerici. *can. 7. caus. 12. qv. 1. D. Cellarius in Tab. Polit. 14. dist. 8. cum honore allegatus Dn. Thomafius. c. l. Tab. 41. n. 50.* Ita etiam Jura, quibus in Imperio Romano - Germanico utimur & in quibus Dd. in Academiis creantur, sunt vel Civilia vel Pontificia, supra laudatus D. Eccolt. in Hist. Juris Civ. & Canon MS.*

III. Ex quibus Juris Civilis Corpus, uti notabiliter vocatur, in l. un. pr. C. de Rei ux. act. tam ratione antiquitatis autoritatisq; quam cognitionis Pontificio recte praefertur. §. 11. f. de R. D. arg. N. 83. c. 1. 2. F. 1. Plurimis enim rerum quarumcunque difficillimarum definitionibus à tot seculis pededentim adeò exposita sunt hæc Jura ut praestantiâ suâ reliquarum Gentium LL. longè superent. *Duaremus ex 4. Franciscis* (intellige hunc allegatum, Fr. Balduinum, Fr. Connanum & Fr. Hottomannum) *primus* affirmare non dubitavit, nullum hodiè Librum cujuscunque Artis ac Disciplinæ, seu Græcum, seu latinum extare, qui tantam rerum utilium & bonarum copiam complectatur, quam hoc ipsum *Juris Justinianei Corpus* & post S. S. *Biblia* hoc libro nullum praestantiorem in orbe terrarum existere, putat *Giphanius* eumque laudans *Lansius in Consultat. Orat. pro Italia.* Quod etiam *Cl. Helmstadiense sidus Dn. Hermannus Conringius* testatur, dum in *Lib. de prud. Civ. c. 14. p. 314.* Non in usum, inquit, forensiem tantummodò (ceu vulgò fit) sed & prudentiæ legislatoriæ causâ



299.

causâ hæ LL. cum primis Lectionem diligentem merentur: Non adeò, quoniam tantæ sunt autoritatis, quàm quoniam alterius Civitatis nullæ ità per omnia, quorum in civili societate est usus aliquis, sunt diffusa, ac proindè ex nullis aliis legibus temerè liceat, æqvè multa in civilem quamqve societatem recipere; *Et post pauca:* Probavit jamdudum etiam seqvior ætas hunc legum illarum usum, in quamplurimis Reip. Dominicis statibus: qui, magnâ illarum LL. parte in civitatem suam receptâ; feliciter res suas administraverunt *Et Arthurus Duck Tr. de Usu & Auth. Jur. Civ. lib. 1. c. 2. §. 2.* ità scribit: Deus pro singulari providentiâ suâ in Genus humanum erexit & excitavit Gentem Romanam in Imperii fastigium; ut per eam daret leges oibi terrarum tam pias, justas & salutes, quales nec ab ullo Rege populoq; datæ unqvàm fuère, nec imposterum dari poterunt. Quibus laudis calculû adjicit, quem primo loco nominare debuissim *Magnif. Dn. D. Struv. lib. de Vindict. priv. c. 1. Aph. 2. n. 4.* Nullas meliores, inqvies, & æqviores invenias legibus Justinianéis, utpote quæ à prudentissimis Jctis (Imp. postea confirmantibus) ex ipsâ naturali æqvitate sunt deductæ, & per easdem Jus Naturæ egregiè est excultum. Hinc & reliquæ Gentes, quæ Jure hoc Romano ex professo non utuntur, ejus tamèn Majestatem sic constantè observant, ut illarum LL. rationi & æqvitati, si non authoritati & sanctioni, plurimum tribuant, suasq; LL. proprias ex illis emendent, vitiosas mitigent, obscuras declarent & deficientes suppleant. *Marq. Freberus de Jure Græco-Rom. in Prefat. Polybius & post eum Scipio Gentilis in Orat. de Lege Regiâ p. 58. & seq.* Tota Europa, scribit, adhuc usqve diem suâ spontè non Imperio coacto Jus Romanum & Codicem Justiniani colit, sanctissimisqve in rebus habet. Taceo Germaniam, Italiam, Galliam, Hispaniam, quæ quatuor maximæ & nobilissimæ Nationes Europæ numerantur. In ipso Imperio Turcico summam esse Justiniani Codicis venerationem & authoritatem in Judiciis quis non obstupescat? Atqve hoc Viri optimi & Doctissimi (inter quos est oculatus testis *Johannes Leunclavius in suorum Paratitl. Prolog.*) scribunt, qui se etiàm vidisse, Constantinopoli Codicem hunc propositum in Tribunalibus atqve ad eum tanqvàm ad oraculum Cadilescheros illos (Judices sunt) recurrere affirmat. Neqve tamen hoc in Turcis in Romani Imperii Domi-



cilio nunc habitantibus tam est admirandum, quam olim fuit in Colchis, quos *Agathias insignis scriptor Historiae* non Barbaros esse, neque ita vivere ex eo probat, quod ad Civile & legale vivendi genus ex consuetudine cum Romanis traducti fuissent. *Adde Lymneum de Jure publ. lib. 8. n. 52. Rcking. de R. S. & E. lib. 2. Cl. 2. c. 5. n. 64. & ab eo citatus Treutl. Vol. 1. D. 1. th. 5. Arthurus Duck de usu & Auth. Jur. Civ. Rom. lib. 1. c. 2. §. 6.*

IV. *Hoc Juris Corpus* ita non incongrue describi potest: Quod sit Jurisprudentiae systema perfectissimum, in quo tot praclarissimorum *Jurisprudentum* explicationes legum conditarum earundemque ad factorum species accommodationes & ipsius quoque sacratissimi legumlatoris *Divi Justiniani* Constitutiones continentur, ad cujus normam totus nunc fere Terrarum orbis regulatur & vivit.

V. Ut autem ordine sine quo, *juxta c. 22. X. de Rescript. & §. 3. f. de legat.* nihil recte agitur, progrediar, *Corpus* hoc in sua *Membra* quorum 1. Institutiones, 2. Digesta, 3. Codicem & Novellas Constitutiones, 4. denique Feudales Consuetudines pertractabit, & *Membra* iterum in suos *Articulos*, dividam, sit itaque;

## Membrum I. INSTITUTIONES.

Cum ad portandam tantae sapientiae molem (qualis in libris C. & ff. reperitur) non sint idonei homines Jurium imperiti & rudes & qui in primis legum vestibulis stantes intrare ad Arcana earum properant, opus omnino est viam eis sternere & praeparare, nec non totius Eruditionis prima fundamenta atque Elementa ponere, quibus Juvenes suffulti possint graviora & perfectiora legum scita sustentare, ideoque in gratiam cupidae legum Juventutis Imperator Justinianus Libros quosdam isagogicos & numero quidem quatuor colligi jussit, quibus nomen *Institutorum* dedit. *Const. dedit. §. 11. de confirm. ff. ad magn. Senat.* Hos elementares libros *Cujacius lib. 2. obs. 38.* sequentibus evehit laudibus: Ex libris Juris Civilis, inquit, quibus solis nos uti Justinianus voluit in respondendo, litigando, judicando, libello *Institutionum* neque comptior neque faci-



facilior ullus est, quive Interpretem desideret minus. Et huic ipsum libellum memoriae mandandum *Magnif. Dn. D. Zieglerus*, & nunquam de manu deponendum *elegantissimus Jctus Vinnius in suis praefationibus*, ille *super elegantissimum Dn. D. Eccolti Pandectarum Compendium*, hic *ad Institutiones perpetuis suis Notis illustratas futuro Jcto* svadent. Editae sunt haec prima legitima scientiae Elementa II. Kalend. Dec. D. Justiniano PP. A. III. Conf. 533. *Const. Imperatoriam* & c. *de confirm. Inst. §. fin.* valere iussa à 3. Calend. Jan. ejusd. anni *Constit. Dedit. De confirm ff. §. 23.*

### Articulus I.

**N**ominantur *Institutiones* ab instituendo hoc est docendo & sic à fine, quia Juvenes ex iisdem ad veram Juris Civilis Doctrinam adipiscendam instruuntur. §. 3. 4. *Proem. Inst. Const. omnem pr. & §. 2. de rat. & meth. Juris. L. 2. §. 11. C. de V. J. E. D. Fiebig. in Colleg. suo M.S. super Inst. Jena 1639. habito ad Inscript. Prae - Nobiliss. Dn. Praefes in Praelect. suis publ. super Inst. ad Proem.*

II. Dicuntur *Institutiones* etiam prima legitima scientiae elementa *Const. Imperatoriam. §. 4. de confirm. Inst.* item prima legum Cunabula. §. 3. I. *de legat. Liber Institutionum. N. 89. pr. Volumen Institutorum L. 3. §. 23. C. de V. J. E. Const. Tanta. §. 12. & 13. de confirm. ff. Codex Institutionum, item Codex Elementorum. L. 2. §. 23. C. de V. J. E. Codex Constitutionum. N. 89. pr. Isagoge. Const. Dedit. §. 11. de conf. ff. nec non Instituta. L. 3. §. 11. C. de V. J. E. N. 21. c. 1. Quae ultima appellatio, non obstante, quod Instituta Mores designent, in citandis Textibus ex Institutionibus rectè retinetur. Cum Jura nostra potius perspicuis rerum ipsarum implantationibus quam ineptis verborum Indagationibus gaudeant. L. 3. §. 9. ff. de adimend. Legat. L. 9. C. quae res pign. obl. poss. L. 2. in fin. ibi, nos non verbis LL. imponimus, sed ipsis rebus C. commun. de legat. l. 3. C. de lib. praet.*

III. Sumitur verbum *Institutionum* vel *Generaliter* pro omnium artium ac disciplinarum Compendiis. *Const. omnem. pr. de rat. & Meth. Jur.* item pro Responsis Prudentum. c. 5. *dist. 2.* vel *specialiter* pro Institutionibus Juris, quò pertinent *Institutiones Ulpiani, Theophili & Caji. §. 6. Proem. Inst.* Quae tamen referuntur in-



ter libros Juris apocryphos, qui ad causarum & controversiarum Decisiones allegari non possunt. *L. 2. §. 19. C. de V. J. E.* sapius cum maximo honore allegatus *Magnif. Dn. D. Freystein in Praelect suis publ. ex ipsius ore calamo à me exceptis super Inst. ad Proem. Aph. 3. Prae-Nobiliss. Dn. Praeses cit. Praelect super Inst. vel specialissimè pro Institutionibus Justinianeis. §. 4. Proem. Inst. Const. Omnem. §. 2. de Rat. & Meth. Jur.*

IV. Et sunt pars Juris Justinianei, in quâ Juris Civilis Romani & Jurisprudentiæ fundamenta & præcepta breviter traduntur, & explicantur. *§. 3. 4. & 5. Proem. Inst. l. 2. §. 11. C. de V. J. E. Const. Omnem §. 2. de rat. & Meth. Juris.*

V. Hoc primum volumen ceu totum integrale dividitur in partes continentis & in partes contentas. *Partes continentis* sunt libri 4. *Partes contentae* sunt Rubricæ seu 99. Tituli, vel Nigrum seu Textus, qui à Dd. magis, quàm Compileribus suis § §. distinctus est.

VI. Causa Institutionum est vel externa vel interna. Externa iterum est vel efficiens vel finalis. *Efficiens* est vel principalis vel ministerialis. Causa efficiens *principalis* est auctoritas & mandatum Justiniani. *Const. Imperatoriam. §. 3. de confirm. Inst.* Causa *ministerialis* est Magnificus Tribonianus Magister & Exqvæstor Sacri Palatii & Exconsul, nec non Viri Illustres Theophilus & Dorotheus Antecessores. *§. 4. Proem. Inst.* quorum solertiam & legum scientiam & fidelitatem ipse Imperator laudat. *c. l. §. 3. Finalis causa* consistit in duobus, *tùm* ut Juris principia non ab antiquis Fabulis, sed ex ipsis rerum argumentis discantur, *tùm* ut & initium & finis legum à voce principali procedat. *c. l. Causa Interna* est vel Materia vel Forma. Materia Institutionum ex quâ sunt antiquorum Jctorum Institutiones, Caji & multorum aliorum Commentarii. *§. 6. Proem. Inst.*

VII. Nec non Digesta. Nam ex Textuum revolutione & collatione ut & materiaram investigatione haud exiguo labore observare mihi licuit: *pr. §. 1. & 3. J. de J. & J. desumptos esse ex l. 10. ff. eod. §. 3. J. de J. N. G. & C. ex l. 6. §. 1. ff. de J. & J. §. 1. 2. 3. J. de J. P. ex l. 4. ff. de stat. hom. §. 4. J. eod. ex l. 5. §. 1. ff. eod. pr. l. de libertin. ex l. 6. ff. d. T. & l. 4. ff. de J. & J. §. 3. J. Qui & ex quib. ex l. 10. ff. Qui & à quib. pr. §. 1. & 2. J. de his qui sui vel al. Jur. sunt. ex l. 1. & 2. ff. eod. pr. J. de PP. ex l. 3. ff. d. l. §. 2. ibi, quamdiu & c. J. de Nupt. ex l. 17. ff. de R. N. §. 1. J. de Adopt. ex l. 2. ff. eod. §. 5. J. eod.*



*J. eod. ex l. 37. ff. eod. §. 7. J. q. m. J. P. P. solv. ex l. 28. ff. d. T. §. ult. J. eod. ex l. 31. ff. eod. §. 1. J. de Tut. ex l. 1. ff. eod. §. 5. J. Qu. Testam. Tut. ex l. 5. & 6. ff. de Testam. Tut. §. 1. J. de legit. Agn. Tut. ex l. 7. ff. de leg. Tut. l. 10. §. 2. de Grad. & Aff. l. 2. §. 1. de suis & legit. Her. §. 7. J. de Cap. Demin. ex l. 9. ff. de leg. Tut. §. 2. J. de Attil. Tut. ex l. 1. §. 2. ff. d. T. §. 1. J. quib. mod. Tut. fin. ex l. 14. pr. §. 1. & 2. ff. de Tut. pr. J. de Excus. Tut. vel Curat. ex l. 2. §. 2. & seqq. ff. eod. §. 6. J. eod. ex l. 7. & l. 40. §. 1. ff. eod. §. 16. & 17. J. eod. ex l. 21. §. 1. & 2. ff. eod. §. 2. & 3. J. de susp. Tut. ex l. 1. §. 5. 6. & 7. ff. eod. §. 4. J. eod. ex l. 7. pr. ff. eod. §. 11. J. eod. ex l. 2. ff. eod. pr. J. de R. D. ex l. 2. ff. eod. §. 1. J. eod. ex l. 2. §. 1. & l. 4. ff. eod. §. 4. J. eod. ex l. 5. ff. eod. §. 9. J. eod. ex l. 6. §. 4. ff. eod. §. 10. J. eod. ex l. 1. 8. & 9. §. 3. ff. eod. §. 18. J. eod. ex l. 3. ff. eod. §. 21. J. eod. ex l. 7. §. 2. ff. de A. R. D. §. 37. J. eod. ex l. 28. ff. de Usur. t. t. J. de Reb. corp. & incorp. ex l. 1. §. 1. ff. de R. D. pr. J. de servitut. rust. & Urb. prad. ex l. 1. ff. de S. P. R. §. 3. J. eod. ex l. 1. §. 1. ff. Com. prad. §. 1. J. de Usu & Habitat. ex l. 12. §. 1. ff. eod. §. 2. vers. sed tamen & c. J. de Usucap. ex l. 36. & 2. seqq. ff. eod. pr. J. Per quas pers. cuiq. acq. ex l. 10. ff. de A. R. D. §. 3. & 4. J. eod. ex l. 10. §. 1. & 3. ff. d. T. & ex l. 21. ff. de Usufr. §. 8. J. de Testam. ordin. ex l. 17. ff. de Testib. §. 2. J. de Exher. lib. ex l. 13. ff. de injust. rupt. §. 5. J. de Hered. inst. ex l. 50. §. 2. ff. eod. pr. & §. 1. J. de vulg. substit. ex l. 36. ff. eod. §. 4. J. eod. ex l. 40. cum seq. ff. de Her. inst. §. 6. J. de Pupill. substit. ex l. 37. ff. eod. §. 3. J. Quib. mod. Testam. infirm. ex l. 29. ff. ad SCt. Trebell. §. 4. J. de Her. Qual. & Diff. ex l. 49. §. 1. ff. de Her. inst. §. 7. J. de legat. ex l. 24. ff. de legat. 1. §. 9. J. eod. ex l. 82. §. 2. ff. d. T. §. 31. J. eod. ex l. 17. §. 2. ff. de condit. & demonstr. §. 2. J. de L. Falcid. ex l. 73. pr. ff. eod. pr. J. de Her. qua ab intest. def. ex l. 1. ff. de suis & leg. Her. §. 5. J. eod. ex l. 1. §. 3. ff. d. T. §. 7. J. de SCto Tertull. ex l. 2. §. 1. ff. eod. §. 5. J. de eo, cui libert. caus. Bona addic. ex l. 4. §. 1. & 2. ff. de fideic. libert. pr. J. Quib. mod. re contrab. obl. ex l. 1. §. 2. ff. de O. & A. §. 23. & 4. J. eod. ex l. 1. §. 3. 4. 5. 6. ff. d. T. pr. J. de V. O. ex l. 1. §. 7. ff. de O. & A. t. t. J. de Divis. stip. ex l. 5. pr. ff. de V. O. §. 18. J. de inutil. stip. ex l. 38. §. 17. ff. de V. O. §. ult. J. eod. ex l. 42. ff. eod. §. 7. J. de Fidejuss. ex l. 8. pr. ff. eod. t. t. J. de obl. ex Conf. ex l. 2. ff. de O. & A. §. 2. J. de Empt. & vendit. ex l. 1. §. 1. ff. eod. pr. §. 3. & 4. J. de Locat. & Conduct. ex l. 2. pr. & §. 1. ff. eod. §. 9. J. de Societ. ex l. 72. ff. eod. pr. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. J. de Mandato. ex l. 2. ff. eod. §. 11. J. eod. ex l. 22. §. ult. ff. eod. §. 1. J. de obl. qua quasi ex Contr. ex l. 5. ff. de O. & A. §. l. 2. ff. de Negoc. gest. §. 5. J. eod. ex l. 5. §. 2. ff. de O. & A. §. 2. J. quib. mod. toll. obl. ex l. 18. §. 1. ff. de Accepil. §. 1. J. de O. qua quasi ex Del. nasc. ex l. 1. §. 3. ff. de Furt.*



§ 3 I. eod. ex l. 2. § 3 ff. eod. § 17 I. eod. ex l. 14. § 3 ff. eod. § 2 I. de vi bon. rapt. ex l. 2. § 22 seq ff. eod. § 5 I. de L. Aquil. ex l. 31 ff. eod. § 8 I. eod. ex l. 8. pr. ff. eod. pr. J. de Injur. ex l. 1. pr. ff. eod. § 3 I. eod. ex l. 15. § 44 ff. eod. § ult. I. eod. ex l. 11. § 1 ff. eod. pr. § 1. § ult. I. de obl. qua quasi ex del. nasc. ex l. ult ff. de Extraord. cogn. § 1. § 4. § 5. § ult ff. de O. & A. pr. I. de Act. ex l. 51 ff. de O. & A. § 15 I. eod. ex l. 25. ff. d. t. § ult. 40 I. eod. ex l. 4. ff. de Cess. bon. § 8. 9. § 10 I. de Except. ex l. 3. ff. eod. § 1. I. de Interdict. ex l. 1. § 1 ff. eod. § 7 I. eod. ex l. 2. pr. ff. eod. § 5. ibi. Telum & c. I. de publ. Jud. ex L. 233. § 2 ff. de V. S.

VIII. Quid, quod ipse Imperator sapissimè expressis verbis sese refert ad latiores ff. Libros, ut in § 11 I. de Nupt. ad l. 36. § 2. seqq. l. 44. l. 57. l. 59. § seqq. ff. eod. § 6. ibi, quos LL. jubent. I. de Testam. ordin. ad l. 26. ff. de Testam. Milit. l. 2. l. 3. § 5. l. 14. l. 21. pr. ff. de Testib. l. 18. ff. Qui Testam. fac. poss. § 6. ibi, anteriores LL. I. de Milit. Testam. ad l. 1. § 6. ff. ad Scutum Trebell. § 1. 7. § ult. ff. de donat. § 14. ibi, Papinianus scripsit. I. de legat. ad l. 5. ff. ad L. Falcid. Tit. I. de success. subl. ad Tit. ff. de reb. auth. Jud. possid. § 2. in fin. I. de Empt. & vendit. ad l. 1. § 1. ff. eod. in § 2. 5. § 37. I. de Act. in § 6. I. de Except. in § 3. I. de Replic. in § fin. I. de publ. Judic.

IX. Et Codicis Constitutiones in § ult. I. de libertin. ipse Imperator se refert ad l. un. C. de lat. lib. toll. § l. un. C. de dedit. lib. toll. in § 2. I. Qui & ex quib. ad l. penult. C. de necess. serv. Her. inst. in pr. I. de Nupt. ad l. 28. C. de Episc. Aud. in § 12. I. eod. ad tit. C. de incest. Nupt. in § ult. I. eod. ad l. 10. C. de nat. lib. in § 2. I. de Adopt. ad l. penult. C. eod. in § 12. ad l. un. § 10. C. de lat. lib. toll. in § 4. I. Quib. mod. I. P. P. solv. ad l. ult. C. de Consulib. lib. 12. in § 6. I. eod. ad l. ult. C. de Emancip. lib. § 8. I. eod. ad l. penult. § ult. C. de Adopt. § 5. I. de Attil. Tut. ad l. 30. C. de Episc. Aud. in pr. I. Quib. mod. Tut. fin. ad l. ult. C. quand. Tut. vel Curat. esse des. § 13. I. de Execuf. Tut. ad l. ult. C. de legit. Tut. § 40. I. de R. D. ad l. un. C. de Usucap. transform. in § 5. I. de Usu & Habitat. ad l. 13. C. de usufr. in pr. § 7. I. de Usucap. ad l. un. C. de Usuc. transform. in § 9. I. d. T. ad l. 2. § ult. 3. C. de quadr. præscript. in § 1. I. de donat. ad l. ult. 4. C. de donat. caus. Mort. in § 2. I. eod. ad l. 33. l. 34. pr. § 1. penult. § ult. l. 35. § ult. l. penult. § ult. § l. ult. C. eod. in § 3. I. eod. ad l. penult. § ult. C. de Donat. ante Nupt. in § ult. 4. I. eod. ad l. 1. C. de commun. serv. manum. in § 1. I. quib. al. lic. vel non. ad l. ult. C. de Jur. Dom. imp. in § 2. I. eod. ad l. 25. C. de adm. Tut. in § 2. I.



2 I. per quas pers. cuiq. ac qv. ad l. 6. § 3. C. de Bon. qua lib. in §. 5. sub fin. I.  
 eod. ad l. 1. C. eod. § 1. C. de acqv. possess. in §. 3. I. de Testam. ordin. ad l.  
 21. C. eod. in §. 4. I. eod. ad l. 29. C. eod. in §. 7. I. eod. ad l. 1. C. eod. in pr. I. de  
 Milit. Testam. ad l. 15. § penult. 17. C. eod. in §. 6. I. eod. ad l. 7. C. de Adseff.  
 l. un. C. de castr. omn. palat. pecul. lib. 12. l. ult. C. de Castr. pecul. lib. 12. l. ult.  
 C. de inoffic. Testam. § l. ult. C. qui Testam. fac. poss. in § 3. I. Quib. non est  
 perm. fac. Testam. ad l. 10. C. h. t. in §. 4. I. eod. ad l. 8. C. eod. in § 5. I. de  
 Exher. lib. ad l. 4. C. de lib. prat. § l. penult. § 4. C. de Adopt. in §. 6. I. eod.  
 ad l. 9. § 10. C. de Testam. Milit. in pr. I. de Hered. inst. ad l. penult. C. de  
 necessar. serv. Hered. inst. in §. 2. I. de vulg. substit. ad l. 1. C. eod. in §. 1. I. de  
 pupill. substit. ad l. 9. C. de impub. § al. substit. in § 1. I. Quib. mod. Te-  
 stam. inf. ad l. penult. C. de Adopt. in §. 2. I. de inoffic. Testam. ad l. pen. C.  
 de Adopt. in §. 3. § ult. I. eod. ad l. 30. C. eod. in § 5. I. de Her. qual. § diff. ad  
 l. ult. C. de Jur. delib. in §. 2. I. de legat. ad l. 21. C. eod. § 1. C. comm. de leg.  
 in §. 12. I. eod. ad l. 3. C. eod. in §. 23. I. eod. ad l. ult. Comm. de legat. in § 34. I.  
 eod. ad l. 24. C. de Testam. in § 35. I. eod. ad l. 11. C. de contrab. stip. in §. ult.  
 I. eod. ad l. un. C. de his, qua pæn. nom. in §. ult. I. de Fideic. Hered. ad l.  
 ult. C. de Fideicom. in §. 2. I. de Hered. qua ab int. ad l. 3. 4. 10. § 11. C. de  
 nat. lib. in § 14. I. eod. ad l. penult. C. de Adopt. in § 15. I. eod. ad l. 9. § ult.  
 C. de suis § leg. in §. 3. § 4. I. de leg. agn. success. ad l. pen. C. de legit. He-  
 red. in §. 8. I. eod. ad l. ult. C. de Emancip. lib. in §. 3. I. ad SCt. Tertull. ad l.  
 4. C. ad SCt. Orfit. § l. 11. C. de suis § legit. in pr. I. de success. cogn. ad l.  
 pen. § 1. C. de leg. Her. in §. 3. m. I. de success. libert. ad l. 30. C. de inoffic.  
 Testam. in § 4. I. eod. ad l. un. C. de lat. lib. toll. in § 2. I. de Bon. possess. ad l.  
 ult. C. de Emancip. lib. in §. 1. I. de acqv. per arrog. ad l. penult. §. 2. C. de  
 Usufr. § § 2. I. eod. ad l. ult. C. comm. de success. in §. ult. I. de eo. cui libert.  
 ad l. ult. C. de Testam. man. in §. 11. I. de inutil. stip. junct. l. 14. C. de contrab.  
 stip. in §. 4. I. de Fidejuss. ad l. 3. § 10. C. eod. Tit. I. de lit. obl. ad l. 14. C. de  
 non num. pec. §. 1. I. de Empt. § vendit. ad l. ult. C. eod. §. 2. I. eod. ad l.  
 penult. C. de rer. permutat. §. 3. I. de loc. § Cond. ad l. 1. C. de Jur.  
 Emphyt. pr. I. per quas pers. nob. obl. acqv. ad l. 6. § ult. C. de bon. qua  
 lib. in § ult. I. eod. ad l. ult. C. per quas pers. nob. acqv. in §. 3. I. quib.  
 mod. toll. obl. ad l. ult. C. de Novat. in § 8. I. de O. qua ex Del. nasc. ad l. 20.  
 C. de Furt. in § 16. I. eod. ad l. ult. C. d. Tin. § 1. I. de vi bon. rapt. ad l. 7. C.  
 unde vi. in §. 10. I. de Injur. ad l. ult. C. eod. in §. 8. I. de Act. ad l. 2. C. de  
 const. pec. in §. 28. I. eod. ad l. ult. inf. C. de petit. Hered. in §. 30. I. eod. ad l.  
 ult. C. de compensat. in §. 33. § 34. I. eod. ad l. 1. C. de plus petit. in pr. I. de  
 C  
 perp.



perp. & temp. act. ad l. 3. & 4. C. de prescr. 30. ann. in §. 2. I. de Except. ad l. 14. C. de non num pec. in §. 6. I. de Interd. ad l. 5. & 7. C. Unde vi. in §. 1. I. de poen. tem. litig. ad l. 2. C. de Jur. jur. propt calumn. dand. & l. 14. §. 1. C. de Judic. in §. 8. I. de publ. Judic. ad l. un. C. de Raptu virgin.

X. Nonnullæ autem Constitutiones in Institutis allegatæ in Codice non reperiuntur. ut in §. 11. I. de Testam. ordin. in §. ult. I. de in-offic. Testam. in §. 27. I. de legat. in §. 7. I. de legit. Agn. success. in §. 1. I. de success. cogn. in pr. I. de servili cogn. in §. 3. I. de success. libert. in pr. I. de Bonor. possess. in §. 2. med. ibi, utramq; per Constitutionem I. eod. in §. ult. I. de obl. quæ quasi ex delict. De quibus non constat, an à Justiniano sint datâ operâ omissæ, an verò casu deperditæ.

XI. Nonnunquam etiã generalitèr proponitur in Institutis, quod in Digestis seu Codice ampliatur, limitatur, seu ulterius explicatur. Exempla sunt in §. 1. I. de libertin. ibi, per Epistolam. junct. l. un. §. 1. & seqq. C. de lat. lib. toll. pr. I. de Nupt. ibi jussus Parentis. junct. l. 2. ff. de R. N. l. 12. C. de Nupt. l. 7. §. 1. ff. de Sponsal. l. 5. C. eod. §. 5. I. de Tut. junct. l. 10. §. 2. ff. de Testam. Tut. §. 2. I. de Curat. junct. l. 7. C. qui pet. Tut. seu Curat. & l. 7. §. 2. ff. de Minorib. §. 5. I. eod. ibi, habenti Tutorem. junct. l. 10. §. 6. & l. 21. §. ult. ff. de Excusat. l. 39. §. 8. ff. de adm. & peric. Tut. & Curat. l. 17. ff. de Tutel. l. 15. cum seq. ff. de Tut. & Curat. dat. l. 3. & 4. C. in quib. caus. Tut. vel Curat. l. 9. ff. de susp. Tut. l. 17. in fin. ff. de Appellat. & Relat. pr. ibi, Testamento dati satisfacere non coguntur. I. de satisdat. Tut. vel Curat. junct. l. 4. ff. de Testam. Tut. & l. 8. cum. 2. seqq. ff. de conf. Tut. §. 2. in fin. I. de satisdat. Tut. & Curat. junct. l. 4. & 6. ff. de Magistr. conv. & l. 2. C. eod. pr. I. de Excusat. Tut. ibi, Nepotes ex Filio. junct. l. 2. §. 7. ff. eod. §. 14. ibi, de omnibus Bonis. I. ibid. junct. l. 21. ff. eod. §. 5. I. eod. junct. l. 31. §. ult. ff. eod. §. 16. ibi, non appellant. I. eod. junct. l. 4. pr. l. 13. pr. ff. eod. & l. 1. §. 1. & 2. ff. quando appell. §. 17. I. d. T. junct. l. 21. §. 2. ff. eod. §. 18. I. d. T. ibi, invitus Curator. junct. l. 5. C. eod. §. 5. I. de susp. Tut. vel Curat. junct. l. 4. §. 4. ff. eod. §. 8. ibi, Excepta causa. I. de R. D. junct. l. 21. C. de SS. Eccl. §. 15. in fin. I. d. T. junct. l. 8. §. 1. ff. fam. ercisc. §. 21. ibi, radices eg. erint. I. d. T. junct. l. 9. §. 2. ff. de damn. infect. §. 23. in fin. I. d. T. junct. l. 7. §. 5. ff. de A. R. D. §. 25. ibi, aut frumentum. I. d. T. junct. l. 7. §. 7. ff. d. T. §. 30. ibi, vindicare non potest. I. eod. junct. l. 37. & 38. ff. de R. V. §. 38. pr. I. d. l. junct. l. 59. pr. l. 70. §. 3. ff. de usufr. & quemadm. quis utatur, fruatur. §. 44. ibi, Claves Horrei. I. d. T. junct. l. 74. ff. de contrah. emt. & l.



Et l. 1. §. penult. ff. de acq. po. ff. §. 2. I. de Usu & Habitat. junct. l. 2. & 4. ff.  
 eod. §. 3. I. d. T. junct. l. 12. §. ult. 5. ff. eod. §. 2. vers. sed & quasdam Donatio-  
 nes. I. de Don. junct. l. 34. l. pen. pr. §. 1. & 2. C. eod. pr. ibi, Dotale Prædium.  
 I. quib. al. lic. vel non. junct. l. 10. §. 4. ff. de Jur. Dot. l. 5. l. 10. C. eod. §. 1. ibi,  
 hujus usumfructum. I. per quas pers. cuiq. acq. junct. l. 52. ff. de acq. vel  
 omitt. Hered. l. 6. §. 2. vers. sin a. res. l. 7. l. ult. pr. vers. siue è contrario. §. 1.  
 Et fin. C. de Bonis. quæ lib. §. 3. ibi 7. testibus adhibitis I. de Testam. ordin.  
 junct. l. 21. §. penult. ff. eod. l. 8. C. Qui Testam. fac poss. l. 19. l. fin. C. de Testa-  
 ment. Et quemadm. Testam. ord. Et l. ult. C. fam. ercisc. Et in eod. §. ibi, uno  
 contextu. junct. l. 28. pr. C. de Testam. Et quemadm. Testam. ordin. §. 1. ibi,  
 illud ei commodum. I. de Her. qualit. Et diff. junct. l. 1. §. ult. ff. de separat.  
 §. 2. ibi, sed his Prætor. I. d. T. junct. l. 11. & 71. §. 3. & 4. ff. de Acq. vel  
 omitt. Her. §. 4. ibi, non signorabat. I. de legat. junct. l. 10. C. eod. & l. 67.  
 §. 8. ff. de leg. 2. §. 5. ibi, ita demum. I. eod. junct. l. 10. C. eod. §. 6. ibi, ex cau-  
 sa Emptionis. I. eod. junct. l. 19. ff. de O. & A. §. 10. I. eod. junct. l. 82. §. 1. l. 71.  
 §. penult. Et l. 86. pr. Et §. ult. l. 41. §. 2. ff. de legat. 1. Et l. 1. §. 2. fin. ff. de Reg.  
 Caton. §. 14. vers. Quod si vivo. I. eod. junct. l. 82. pr. ff. de legat. 2. §. 15. ibi,  
 quam non accepit dotem. I. eod. junct. l. 27. ff. de Probat. l. 1. §. 5. & 6. ff. de  
 Dot. præ legat. §. 16. pr. I. eod. junct. l. 65. §. ult. de legat. 1. l. 88. pr. §. 1. & 2. de  
 legat. 3. l. 12. ff. de legat. 2. l. 30. §. 5. ff. ad l. Falcid. l. 47. §. ult. l. 65. §. ult. de leg.  
 1. §. 22. ibi, Electio legatarii est. I. eod. junct. l. 3. ff. de Tritico legato. l. 32. §. 1.  
 l. 37. §. 1. ff. de leg. 1. §. 30. I. eod. junct. l. 40. §. pen. ff. de condit. Et demonstr. l.  
 108. §. 10. de leg. 1. l. 1. §. 7. ff. de Dot. præ leg. l. 6. l. 54. pr. ff. de l. 1. §. 31. I. eod.  
 junct. l. 72. §. 6. ff. de condit. Et demonstr. §. 5. ibi, Pater. I. de Her. quæ ab  
 intest. junct. l. 2. C. si quis aliquem testari prohibuerit. §. 6. I. de SCTo Ter-  
 tull. junct. l. 10. C. de leg. Her. Et l. 2. C. si adversus delict. §. 3. ibi, Culpa. I.  
 quib. mod. recontrah. obl. junct. l. 1. §. 6. & 35. ff. Deposit. l. 5. §. 2. ff. com-  
 mod. §. 4. ibi, fortuito casu. I. eod. junct. l. 6. 8. & 9. C. de pign. act. Et l. 30. ff.  
 eod. §. 1. ibi, si uterq. I. de V. O. junct. l. 1. §. ult. ff. eod. §. 2. ibi, rem suam. I.  
 de inutil. stip. junct. l. 29. §. ult. l. 82. l. 98. ut Et l. 31. ff. de V. O. §. 5. I. eod.  
 junct. l. 1. §. 3. ff. de V. O. §. 18. I. eod. junct. l. 2. 3. & 4. ff. rem Pupilli. l. 18. ff. de  
 Adopt. l. 27. in fin. cum l. seq. l. 68. ff. de Procurat. l. 79. l. 45. §. 2. ff. de V. O.  
 l. 7. C. de Pact. conv. §. 4. I. de societ. junct. l. 14. l. 15. l. 16. ff. eod. §. 12. ibi furti  
 actio non nascitur. I. de O. quæ ex Del. nasc. junct. l. 89. & l. 52. §. 5. ff. de  
 furt. l. 4. ff. de Judic. §. 17. I. eod. junct. l. 2. §. 23. ff. de vi bon. rapt. Et l. 1. §. 35.  
 ff. Deposit. §. 9. ibi, in Heredem eam actionem non transire. I. de L. Aquil.





*junct. l. 23. §. 8. ff. eod. §. 32. I. de Act. junct. l. 7 ff. si pars Heredit. pet. l. 2. C. de rescind. vendit. l. 32. §. fin. ff. de condict. indeb. l. 10. §. fin. ff. de Jur. Dot. §. 37. ibi, si de Dote. I. eod. junct. l. 17. §. 20. ff. de re judicat. §. 7. J. Quod cum eo, qui in al. pot. negoc. gest. esse dic. junct. l. 1. §. ult. l. 2. l. 3. pr. §. 2. l. 7. §. 12. §. 14. ff. de SCTo Maced. l. 1. 2. 5. 7 pr. C. d. T. §. 1. ibi, ex maleficiis. I. de perp. §. temp. act. junct. l. 38. §. 44. ff. de R. I. l. 5. ff. de calumn. pr. I. de offic. Jud. junct. l. 11. ff. de I. §. I. l. 65. §. 2. ff. ad SCTum Trebell. l. 1. §. 2. ff. Quae sentent. sine appellat. §. 1. I. de publ. Jud. junct. l. 3. §. 2. l. 7 pr. ff. de Accusat. l. 17. C. eod. l. 43. §. 10. ff. de R. N. l. 4. l. 8. §. seqq. ff. de Accusat. l. 30. C. ad l. Jul. de Adult. l. 30. §. 1. ff. ad l. Corn. de fals. §. 3. I. eod. junct. l. 5. pr. §. 6. C. ad L. Jul. Majest. l. 7. §. 3. ff. d. T. l. un. C. si quis Imperatori maledixit. l. 5. §. fin. C. ad l. Jul. Maj. §. 4. I. eod. junct. l. penult. ff. ad L. Jul. de Adult. §. 5 I. eod. junct. l. 9. l. 15 ff. ad l. Corn. de Sic. l. 1. 2. 3. §. 4. C. eod.*

XII. *Materia circà quam est Jus, quod antea obtinebat & quod postea desuetudine inumbratum erat Imperiali remedio illuminatum. §. 5. proœm. Inst. Materia in qua est Corpus Juris Justiniani. Forma est compendiosa ex veterum Jctorum Institutionibus & Commentariis Dispositio. dict. §. 6. proœm. Inst.*

XIII. *Affectiones Institutionum sunt: I. Quod singuli §§. legum habeant autoritatem, & in causarum Decisionibus rectè allegentur. II. Quod omne id, quod in Institutionibus continetur, licet in aliis libris Juris non reperiatur, meritò pro Jure servandum & non rejiciendum sit. D. Eccolt. c. l. ex Alberic. Gentil. de lib. Jur. Civ. c. 5. Exempla occurrunt in Tit. I. de legatis. ubi in Definitione legati ultima verba in l. 36 ff. de legat. 2. non reperiuntur, & in Tit. I. de Usu & Habitat. Habitatio servitutibus personalibus annumeratur, sed in l. 1. ff. de servitut. nulla fit mentio Habitationis in §. ult. I. de Obligat. Imperator Contractus nominatos dividit in 4. species: reales, verbales, literales & consensuales. Sed in l. 1. §. 1. ff. de O. & A. l. 4. ff. eod. in fin. l. 8 §. 1. de Fidejuss. l. 1. ff. de Novat. l. 80 ff. de solut. Litteralis Contractus omittitur. III. Quod Digestis derogent. De quo tamen in Dd. controversatur. Negat D. Ludwelus noster, in Exerc. ad Inst. 1. Th. 2. lit. b. ob duas rationes, ad quas Præ-Nobilissimus Dn. D. Jacobus Bornius, Scabinus, Consistorialis, Jctus & Pro-Consul Lipsiensis in Not. M. SS privatim aliquando propositis acutè satis, ut solet, respondet, quas ipsas respon-*



responsiones ad conflictum reservabimus & affirmativam tueri conabimur.

XIV. *Contrarium est Juris contrarii constitutio. l. fin ff. de constit. princip. l. 28 ff. de LL.* Derogatur enim Institutionibus vel per Codicem §. 1. in fin. I. quemadm I. PP. solv. junct. l. 6. C. de sentent. pass. & restit. §. 4. ibi, consularis dignitas I. eod. junct. l. fin. C. de Decurion. t. t. I. de Fiduc. Tut. junct. l. 4. C. de legit. Tut. & l. f. §. 4. C. de legit. Hered. §. 3. I. quib. non est perm. fac. Testam. junct. l. 10. C. eod. §. 23. I. de legat. junct. l. penult §. 2. C. de necess. serv. Hered. inst. §. 10. in f. I. de Fideic. Hered. & pr. in f. I. de sing. reb. per Fideic. relic. junct. l. 2. C. commun. de legat. & fideic. §. 1. 2. 9. 10. & 11 I. de Her. quæ ab intest. junct. l. f. C. de legit. Hered. §. 3. I. de SCTo Tertull. junct. l. 7. pr. C. ad SCT. Tertull. §. 1. ibi, cum aliquâ Deminutione, I. de success. cogn. junct. l. ult. §. 1. seqq. C. de legit. Hered. pr. & §. 1. I. de Acquisit. per Arroгат. junct. l. penult. C. de Adopt. §. 5. ibi, intra Annum. I. de Act. junct. l. ult. C. de temp. in integr. restit.

XV. Vel per Novellas. vid. §. 4. I. de I. P. junct. N. Leon. 59. §. ult. I. de libertin. junct. N. 78. c. 5. §. ult. circa fin. I. Qui & ex quib. junct. N. 119. c. 2. §. ult. ibi, Dot alibus Instrumentis. I. de Nupt. junct. N. 74. c. 4. §. 9. ibi, Castrati. I. de Adopt. junct. N. Leon. 26. §. 10. ibi, ad solatium I. eod. junct. N. Leon. 27. pr. I. quib. mod. I. P. P. solv. junct. N. 81. c. 2. §. 3. I. eod. junct. N. 22. c. 8. §. 4. I. eod. junct. N. 81. c. 1. §. 1. I. de legit. Agn. Tut. junct. N. 118. c. 1. 4. & 5. §. 1. I. de Cap. Demin. junct. N. 22. c. 8. §. 6. & 7. I. eod. §. un. I. de legit. Parent. Tut. §. un. I. de Fiduc. Tut. §. 4. ibi, legitima tantum Tutela perit. I. quib. mod. Tut. fin. junct. N. 118. c. 1. 4. & 5. §. 4. I. de Excusat. Tut. vel Curat. junct. N. 72. c. 1. pr. I. Quib. alien. lic. vel non. junct. N. 61. c. 1. §. 1. §. 4. I. de Testam. ordin. junct. N. 119. c. 9. pr. ibi, Fratribus superstitib. I. Quib. non est perm. fac. Test. junct. N. 118. c. 2. §. 5. & ult. I. de exher. lib. junct. N. 115. c. 3. pr. & §. ult. §. 5. in fin. I. de Pupill. substit. junct. N. 115. c. 3. in fin. §. 3. & §. fin. I. de inoffic. Testam. junct. N. 18. c. 1. & N. 115. c. 1. 4. & 5. §. 2. I. de Hered. quæ ab intest. junct. N. 118. c. 1. §. 9. I. eod. junct. N. 118. c. 1. §. f. 7. eod. junct. N. 18. c. 4. & N. 118. c. 1. pr. I. ad SCT. Tertull. junct. N. 118. c. 1. §. 3. I. eod. junct. N. 118. c. 2. §. 1. I. de duob. Reis stip. & promitt. junct. N. 99. c. 1. §. 2. ibi, volente te agere cum eo ex fidejussoria causâ. I. de Mandato. junct. N. 4. c. 1. & 2. §. 19. I. de Act. junct. N. 1. c. 1. §. 2. pr. ibi, aut cum eo Agendi, aut cum Fidejussoribus ejus I. de satisdat. junct. N. 4. c. 1. & 2.

C 3

Mem-



## Membrum II.

## DIGESTA.

**C**onsideratis Institutionibus, ordo nunc me ducit ad pulcherrimum Digestorum opus & quasi proprium & sanctissimum Templum Justitiæ consecratum, quo omne Jus antiquum per millesimum & quadringentesimum penè annum confusum purgatum, & Muro quodam vallatum est, omnibus Auctoribus Juris æquâ dignitate pollentibus. *Const. Deo Autore. § 5. de concept. ff.* Et huc apponi meretur elogium *Valla* Censoris alias Romanorum scriptorum acerrimi. qui *l. 3. Elegant. in pr. scribit*: se perlegisse hos quinquaginta Digestorum libros ex plerisque Actorum voluminibus excerptos & perlegisse libentè ac cum quadam admiratione, quod nesciat, utrum Diligentia an Gravitas, Prudentia an Æquitas, scientia an Orationis dignitas præstet, & hæc ipsa in uno quoque illorum ita sint egregia & perfecta, ut vehementè dubites, quem cui præferendum putes. Et paulò infra, cum in laudes Ciceronis Epistolarum descendisset, in laudibus nostrorum Digestorum recensendis pergit: His, inquit, nihil est, meâ sententiâ, quod addi adimive posse videatur, non tam Eloquentiæ, quàm latin itatis atque Elegantiæ, sine quâ cæca omnis Doctrina est & illiberalis præsertim in Jure Civili, hætenus *Valla*. Cui accinit *Taubmannus*, qui *lib. 2. Epigrammatum* non tantum de his Digestorum libris, sed de toto Juris Corpore ita canit:

Credo, si lingvæ Ciceronis imago perisset,  
E Juris posset Corpore restitui.

Maximum hoc Pandectarum opus, quod nemo ante Justiniani Imperium unquam speraverat, vel humano Ingenio possibile existimaverat inceptum est *A. C. 530. Const. DEO autore. de concept. ff.* & Triennio cœlesti fulgore & summæ Trinitatis favore confectum. *l. 2. §. 12. C. de V. I. E.* atque editum die 17. Kalend. Jan. sub tertio consulatu Justiniani. *A. C. 533.* & confirmatum tertio Calend. Jan. ejusd. Anni *l. 2. §. 23. l. 3. §. 23. & 24. C. de V. I. E.*

## Articulus I,

**D**igesta autem dicuntur à digerendo eo, quod ex multis veterum Prudentum confusis traditionibus & Commentariis sint congesta



gesta & in formam competentem atq̄ve ordinem redacta. *l.1. §.5. & 14. l.2. pr. §.1. l.3. §.1. C. de V. I. E.* vel quod in ea collectum & digestum sit, quod ad Jus pertineat.

II. Vocantur etiam Pandectæ vel conjunctim. *§. fin. I. de publ. Judic. l.2. §.1. l.3. §.1. C. de V. I. E.* vel disjunctim & separatim eò, quod Jus omne antiquum complectantur *§.4. proœm. Inst. l.3. §.1. C. de V. I. E.* appellantur præterea Codex vel simpliciter *l.1. §.8. & 14. l.2. §.23. C. d. T.* vel Codex Juris enucleati. *l.1. §.11. C. d. T.* ad differentiam Codicis Constitutionum, seu Codicis in specie. d.1.

III. Sumitur autem verbum Digestorum vel generaliter vel specialiter. Illo modo dupliciter, vel vulgariter pro quacunq̄ve rei ordinatione ac Dispositione, vel legaliter pro Codicis compositione. *l.2. §.1. C. de V. I. E.* specialiter si verbum Digestorum sumitur, Codici & reliquis Juris Justinianei libris opponitur, & hoc modo

IV. Digesta ita definiiri possunt: Quod sint pars Corporis Juris civilis, quæ Decisiones ac sententias veterum Jctorum in ordinem redactas comprehendunt. *§.2. proœm. Inst. l.2. §.1. C. de V. I. E.*

V. Dividuntur Digesta in partes continentes & in partes contentas, partes continentes sunt libri 50. & hæ iterum subdividuntur in 7. partes. *l.2. §.1. C. de V. I. E.* quarum Prima 4. libris prioribus absolvitur, quibus τὰ πρῶτα seu primordia & præludia Judiciorum continentur. Altera, quæ de ipsis Judiciis tractat, in alios 7. libros seposita est & incipit à lib. 5. usq̄ve ad lib. 12. exclusivè. Tertia res continet & 8. libris includitur à lib. 12. usq̄ve ad lib. 20. exclusivè. Quarta medium quasi totius operis locum & umbilicum occupans 8. libris explicatur, tractans potissimum de Pignoribus & Hypothecis, Edictio Edicto, Usuris, Testibus, Probationibus, Instrumentis, Sponsalibus, Nuptiis, Tutelis, Curatelis &c. incipit à lib. 20. ad lib. 28. Quinta tractat de Testamentis & ultimis voluntatibus tam paganorum, quam Militum, hisq̄ve affinibus materiis Legatis, Fideicommissis &c. à lib. 28. usq̄ve ad 38. exclusivè. Sexta à Bonorum possessione orditur multasq̄ve alias explicat Juris materias, successionem ab intestato, Scutum Orphitianum, novi operis nunciationem, Damnum infectum, de acquirendo rerum Dominio, Obligationibus, Actionibus &c. & 8. quoq̄; libris includitur incipiens à lib. 38. usq̄; ad lib. 44. Septima & ultima pars explicat obligationes verborum, Fidejussio-



jussiones, solutiones, Delicta privata & publica, pœnas, coërcitiones, Appellationes & ultimo libro quasdam Juris publici materias. *l.2. §.1. usq; ad 9. l.3. à §.2. ad 9. C. de V. I. E.*

VI. *Partes contentæ* sunt vel communes vel propriæ. *Communes* sunt vel *Rubrum. l. 2. § 3. ff de Interdict.* seu *Titulus. l.1. ff. de reb. cred.* vel *Nigrum* seu *Textus*. *Propriæ* sunt vel *interna* & genuinæ, LL. nimirum, vel *externæ* LL. *Inscriptiones*.

VII. *Ratione Editionis* Digesta sunt vel *Vulgata*, quâ Dd. antiquiores post Irnerium usi sunt, vel *Norica*, quam Holoander ex libris Bolognini & Politiani confecit, vel *Florentina*, quæ prodiit A. C. 1553. & à Glossa citatur sub nomine Pisanorum, quia olim Pisis erant, postea verò cum ipsâ urbe in Florentinorum potestatem venerunt & hodiè Florentiæ asservantur duobus distinctæ Tomis in Holoferico rubro ligatæ & clausulis argenteis exornatæ, uti ex *Besoldi Præcogn. miscell. 9. 14. docet D. Eccolt. in sapius allegatâ Historiâ Juris Civ. & Canon.* (sed *Magnificus Facultatis Juridicæ Ordinarius Dn. D. Georgius Tobias Schwendendörffer, Patronus meus summus*, ligaturam illam holofericam non rubri sed violacei coloris esse, in *Censurâ suâ ut testis oculatus* me monuit) ubi hunc librum Florentinum propter summam antiquitatem & integritatem aliis Editionibus præferendam esse censet, ac nefas esse judicat à Florentinâ recedere scripturâ, nisi ex illâ absurdi quid, seu durum, seu irrationabile prodiret, seu multis aliis expressis textibus iisq; clarissimis adversaretur. vid. *Arthur. Duck. de Usu & Auth. Jur. Civ Rom lib. 1. c. 4. §. 10. Dn. D. Ericus Mauritius Antecessor Chiloniensis in Dissert. de libris Juris communis, horumq; usu. tb. 9.*

VIII. *Causa Digestorum* est vel externa vel interna *Externa* est vel efficiens vel finis. *Efficiens* est vel principalis, vel ministerialis, causa efficiens *principalis* est Imperator Justinianus. § 2. *proem. Inst. l. 1. 2. 3. C. de V. I. E* causa *ministerialis* est Tribonianus, Constantinus, Theophilus, Dorotheus, Anatolius, Cratinus, Stephanus, Menna, Prodocius, Evtolmius, Timotheus, Leonides, Leontius, Plato, Jacobus, Constantinus & Johannes, omnes Jcti Illustres. *l. 2. §. 9. C. de V. I. E. Const. Dedit. §. 9 de confirm. ff. ad Magn. Senat. Causa finalis* Digestorum est vel *proxima* nempe Reip. salus. *l. 1. pr. C. de V. I. E. vel remota*, Juris antiqui compendium & consonantia. *l. 1. §. 11. l. 2. pr. & §. 13. l. 3. §. 12. C. d.*



*C. d. T. Causa Interna est vel Materia vel Forma. Materia Digestorum ex quâ sunt immensa veteris prudentiæ volumina. Const. Imperatoriam. §. 2. de confirm. Inst. seu veterum Jctorum Commentarij & Responfa, quæ in duobus penè librorum millibus & tricies centenis millibus versuum propagata continebantur. l. 1. §. 4. & 6. l. 2. §. 1. l. 3. §. 1. C. de V. I. E. Materia circa quam sunt Jctorum legitimæ & approbatae Decisiones atq; interpretationes. l. 2. §. 1. C. d. T. Materia in quâ est Corpus Juris Justinianicum. Forma est artificiosa Juris ex veterum Jctorum voluminibus Dispositio & comprehensio: l. 1. §. 4. C. de V. I. E.*

IX. Affectiones Digestorum sunt vel positivæ vel privativæ. *Positivæ sunt: I. Quod Digesta sint liber Canonicus adeoq; primario & per se norma Justitiæ. Quamvis enim Imperator in ff. libris Nomina veterum Prudentum vel Jctorum servavit, LL. tamen veritatem suam fecit atq; illis Jctorum dictis ac sententiis parem potestatis vim roborq; præbuit, unamqve omnibus auctoritatem indulsit, nemine audente ea comparare, quæ antiquitas habuit & Imperatoria Auctoritas introduxit, cum multa propter utilitatem rerum reformata sint, omneq; id, de quo inter veteres dubitabatur. hoc jam in tutissimam pervenerit quietem, nullo titubante relicto. l. 2. §. 10. & 23. l. 3. §. 10. & 23. C. de V. I. E. II. Quod ante Institutiones sint composita. §. 4. proæm. Inst. post eas verò edita & post eas quoq; Juris studiosis explicanda. Const. omnem. pr. & §. 2. de Rat. & Meth. Jur. III. Quod Rubricæ, si perfectam continent orationem, Jus faciant, adeò, ut generalitèr per nigrum non restringantur. D. Eccolt. in Hist. Jur. Civ. & Canon. M. S. ex Alberic. Gentil. Tr. de libr. Jur. Civ. c. 5. p. 39. IV. Quod allegentur vel per D. vel per Græcum ω. vel per duplex ff. Hujus non una redditur ratio, vel quod litera ω cum circumflexo accentu ex ignorantia scriptoris librarii mutata fuerit in duplex ff. Coras. lib. 5. Miscell. Jur. Civ. c. 15. n. 6. ibiq; allegatus Alciatus lib. 3. Disput. c. 16. D. Petrus Müller Consiliarius Stolbergensis de studio Juris tractand. Sect. poster. in primo Anno p. 17 vel quod Pandectæ alias duplici PP. scribi solitæ fuerint & imperiti Amanuenses pp. in ff. depravârint. Bernhard. Walther Miscellan. ad Jus pertinent. lib. 2. c. 4. p. m. 93. vel quod duplex ff. significet Pandectas factas fuisse. Aldobrandinus in Proæm. Inst. Catellianus Cotta in Memorabilibus. vel quod Pan-*

D  
dectæ



dectæ primitus notatæ fuerint per duplex LL. quod 50. libros signifi-  
 care volebant, quæ postea ex errore in duo ff. fuerunt commutata,  
 vel potius, quod illis nota hæc sit adscribenda, qui brevitatis causâ  
 signa quædam sine ullâ certâ ratione inveniebant ad hoc vel illud ex-  
 primendum. *D. Eccolt. in sapius allegat. Hist. Jur. Civ. & Canon.* item,  
 quod respondeant Juri græco, quoad Basilica, Juri Canonico  
 quoad Decreta *Præ-Nobilissimus Dn. Præses in Prælect. suis publ. ad In-*  
*script. ff. Negativa Affectio est, quod Digesta nullos admittant Com-*  
*mentarios. l. 1. §. 12. C. de V. I. E. const. Dedit. §. 10. 21. & 22. de confirm. ff.*  
*ad Magn. Senat.* Hic Dd. vehementer se torquent: Num in latioribus  
 hisce ff. libris LL. contrariæ reperiantur? In hac Controversiâ nolo  
 quidem eorum opinioni subscribere, qui Imperatorem ejusq; Con-  
 siliarios Compilatores audacter Mendacii & falsitatis insimulant, uti  
 faciunt à *D. Eccolto in suâ Hist. Jur. Civ. & Canon. allegati Bachov. ad*  
*Treutl. V. 2. D. 13. th. 4. in K. Ant. Merenda lib. 5. controuv. Jur. Civ. c. 39. fin.*  
*Cujac. in Not. ad Tit. Inst. de legatis. Quibus addatur Ludov. Charond. 2.*  
*Veris. 7. Egvin. Baro in Tr. de 50. Justiniani Decis. Fr. Hottomannus in*  
*Anti-Triboniano. p. 63. qui certè, ut piè monet D. Job. Wurmserus in*  
*Nucleo Juris Controversi Disp. 1. Controv. 5. in fine.* Gratiitudinis memo-  
 res cogitare potius debuissent, se beneficio Divi Imperatoris Justi-  
 niani & honores non infimos & Divitias reportasse non exiguas.  
 Neque cum eodem jam allegato *D. Wurmsero c. l. controuv. 5.* omninò  
 nego atq; pernego ullam occurrere in LL. nostris antinomiam, sed  
 cum allegato *D. Eccolto* statuo simpliciter quidem Dissimilitudines  
 ac Discordias esse sublatas, quantum in tam brevi temporis spatio  
 fuerit possibile, sed præter Imperatoris & Compilatorum mentem  
 nonnullas antinomias esse relictas exempla varia nos fateri cogunt,  
 quam opinionem etiã fovere *sapius nunquam tamen satis laudatum*  
*Patronum meum Optimum Maximum Magnificum Dn. Vice-Cancellari-*  
*um D. Freysteinium,* quem ut felicissimum Ducem sequi nullus un-  
 quam dubito, *ex Discursu cum Præsidio ejus in suprâ citatâ Disp. de I.*  
*& I. uterer, observavi.* Quid, quod ipse Imperator noster Justinia-  
 nus timidè certè ac diffidentè omnes omninò negat contradic-  
 tiones, simulq; humanæ imbecillitatem memoriæ agnoscens penitus  
 in nullo peccare Divinitatis magis quam Mortalitatibus esse fatetur,  
*in §. 14. Const. Tanta de confirm. ff. ad Senat. & omn. Pop. & in Const. De-*  
*dit.*



dit. de confirm. ff. ad magn. Senat. §. 13. id quod etiam rem suspectam reddit Gothofredo in Not. ad §. 12. dict. Const. Tanta lit. c.

X. Contrarium est Juris contrarii constitutio vel per Institutiones §. 5. proem. Inst. l. 2. §. 11. vers. Admonuimus. C. de V. I. E. vid. l. 8. ff. de his, qui sui vel al. Jur. sunt. junct. pr. I. de Nupt. l. 1. §. 2. de Adopt. junct. §. 20. I. eod. §. 5. I. de Exhered. lib. §. 14. I. de Heredit. quæ ab intest. l. 15. pr. ff. d. T. junct. §. 2. I. de Acquisit. per Arrogat. l. 4. ff. de offic. Prat. l. 9. ff. de offic. Presid. junct. §. f. I. de Interdict. l. 23. §. 3. ff. de R. V. junct. §. 34. pr. I. de R. D. l. 1. pr. l. 12. ff. de Act. Emt. & vendit. junct. §. 2. I. de donat.

XI. Vel per Codicem. l. un. C. de Emendat. C. l. un. C. de confirm. C. l. ult. ff. de constit. Princip. vid. l. 9. & 12. ff. de LL. SCtis & longâ consuetudine junct. l. fin. §. 1. C. eod. l. 11. ff. de statu homin. junct. l. 11. circâ fin. C. de Nat. lib. l. 8. ff. de His, qui sui vel al. Jur. sunt junct. l. 25. C. de Nupt. l. 28. C. de Episc. aud. l. 1. pr. ibi, Adoptiones. ff. de Adopt. & Emancip. junct. l. 10. pr. C. eod. l. 36. ff. eod. junct. l. fin. ibi, Judicis Tribunal. C. de Emancip. l. 1. §. 11. ff. de offic. Præf. urbi junct. l. 1. C. eod. l. 4. ff. de offic. Prætor. l. 9. ff. de offic. Præsid. junct. l. 2. C. de Pedan. Judic. l. 7. §. 2. ff. de Minorib. junct. l. 35. C. de Adm. Tut. l. 1. §. 1. ibi, intra annum. ff. Ex quib. caus. Maj. junct. l. ult. C. de temp. in integr. restit. l. 17. & 18. ff. de R. V. l. 9. §. 6. ff. ad Exhib. junct. l. 10. C. de A. & R. P. l. 1. 2. & 10. C. de de præscr. longi temp. l. 2. C. de annal. Excep. l. 26. §. 13. in fin. ff. de Condit. indeb. junct. l. 10. C. eod. in fin. l. 1. §. ult. ff. de SCTo Maced. junct. l. fin. 66. C. de Decurion. l. 1. §. ult. vers. Quid ergo. ff. Quæ res pign. oblig. poss. junct. l. 2. in fin. C. de litigios. l. 46. §. 5. ff. de adm. & peric. Tut. junct. l. 35. C. de adm. Tut. l. 7. ff. qui Testam. fac. poss. junct. l. 10. C. eod. l. 11. in fin. ff. de lib. & posth. junct. l. 3. & 4. C. de Patr. pot. l. 9. §. 5. ff. de Her. instit. junct. l. penult. 8. C. de Inst. & subst. l. 13. in fin. l. 14. ff. de acqu. Hered. junct. l. 8. pr. C. de Bon. quæ lib. l. 38. ff. de Condit. & Demonstr. junct. l. 2. C. commun. de legat. & fideicom. l. 1. pr. ff. de collat. Bon. l. 1. §. 7. ff. de collat. Dot. junct. l. f. C. de collat. l. 1. §. ult. 2. l. 2. ff. de Jur. delib. junct. l. ult. 22. §. 13. in fin. C. eod. l. 2. §. 15. ff. ad SCT. Tertyll. & Orphit. junct. l. 7. C. eod. l. 2. §. 1. l. 4. ff. si Ingen. esse dic. junct. l. f. C. ubi causa status agi debet. l. 2. §. fin. ff. pro Emtore junct. l. 10. C. de A. & R. P. l. 1. 2. & 10. C. de Præscr. long. temp. l. 2. C. de Annal. Except. l. 2. in fin. ff. pro Herede & l. 1. §. 1. l. 4. ff. pro Donato. l. 4. §. 1. ff. pro suo. junct. l. 25. C. de Donat. inter vir. & uxor. & l. 24. C. de Donat. l. 1. §. 1. ff. de litigios. junct. l. 2. in fin. C. eod. l. 35. in fin. pr. ff. de O. & A. junct. l. ult. C. de temp. in integr. restit. l. 5. §. 9. l. 37. ff. de injur. junct.



*l. un. C. de fam. libell. l. 5. §. 2. ff. de Immunit. junct. l. 24. C. de Decurion. lib. 10.*

XII. Vel per Novellas N. 18. 19. 23. & seqq. vid. l. 4. vers. *quæ res. ibi, tria Genera. ff. de J. & J. junct. N. 78. c. 1. & 2. §. 1. & c. 5. l. 9. ff. de LL. junct. N. Leon. 78. l. 5. pr. ff. de statu homin. junct. N. 78. c. 1. & 2. §. 1. & c. 5. l. 3. ibi. Cons. ff. de Adopt. & Emancip. junct. N. 81. c. 1. l. 16. ff. d. T. junct. N. Leon. 26. & 27. l. 9. ff. de Senatorib. junct. N. 78. c. 3. & N. 117. c. 6. l. 3. pr. ff. de offic. Pref. vigil. junct. N. 13. c. 1. l. 4. §. 3. ff. de Offic. Pro-Cos. & legati. junct. N. 95. c. 1. §. 2. l. 4. §. 2. ff. de his, qui not. infam. junct. N. 14. §. 1. ibi, *omnia novissima sustinebit supplicia l. 69. ff. de Judic. junct. N. 53. c. 3. §. 1. & N. 96. c. 2. §. 1. l. 8. §. 16. & l. 28. ff. de inoffic. Testam. junct. N. 115. c. 3. pr. l. 12. ff. de reb. eor. qui sub. Tut. junct. N. 72. c. 5. l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. junct. N. 4. c. 3. l. 1. §. ult. ff. de SCto Maced. junct. N. 81. pr. & c. 1. l. 56. pr. ff. Mandati. junct. N. 4. c. 1. l. 8. ff. in quib. caus. pign. junct. N. 34. l. 16. 23. 43. §. 10. l. 44. ff. de R. N. junct. N. 78. c. 3. & N. 117. c. 6. l. 23. ff. de Donat. inter vir. & ux. junct. N. 162. c. 1. l. 32. §. 10. ff. eod. junct. N. 117. c. 10. l. 1. ff. de Divort. & Repud. junct. N. 22. c. 7. l. 56. ff. sol. Matrim. junct. N. 22. c. 7. 8. & 13. l. 7. §. 3. & 11. l. 9. ff. de Adm. & peric. Tut. junct. N. 72. c. 6. & ult. l. 21. pr. ff. de Excus. Tut. vel Curat. junct. N. 72. c. 1. l. 12. ff. de reb. eor. qui sub. Tut. vel curâ sunt. junct. N. 72. c. 5. l. 8. §. f. ff. qui Testam. fac. poss. junct. N. 22. c. 8. l. 6. pr. ff. de injust. rupt. irrit. junct. N. 118. c. 1. l. 17. ff. eod. junct. N. 115. c. 3. l. 1. §. 5. ff. ad L. Falcid. junct. N. 131. c. 12. l. 15. §. 1. & 2. ff. eod. junct. N. 1. c. 2. §. 2. & c. 3. l. 54. ff. ad SCt. Trebell. junct. N. 108. c. 1. l. 1. §. 1. ff. ut in possess. legat. junct. N. 53. c. 4. §. 1. l. 4. §. 2. ff. de Bonor. poss. contra Tab. junct. N. 118. c. 1. l. 1. pr. ff. quis ordo in possess. serv. junct. N. 53. c. 6. l. 3. §. 11. ff. de suis & legit. Hered. junct. N. 39. c. 2. §. 1. l. 6. ff. eod. junct. N. 118. c. 1. l. 10. ff. eod. junct. N. 118. c. 2. l. 2. in fin. ff. pro Herede. l. 1. §. 1. l. 4. ff. pro Donato. l. 4. §. 1. ff. pro suo. junct. N. 162. c. 1. §. 2. l. 1. ff. Quib. ex caus. in possess. eatur & tot. ff. de reb. auth. Jud. possid. junct. N. 53. c. 4. §. 1. l. 3. §. 1. l. 11. §. fin. ff. de duob. reis constit. junct. N. 99. c. 1. l. 51. §. 3. ff. de Fidejuss. junct. N. 4. c. 2. l. 11. §. 10. ff. ad L. Jul. de Adult. junct. N. 117. c. 8. l. 8. §. 4. l. 17. ff. de Pœn. junct. N. 22. c. 8. t. t. ff. de Bon. damnat. junct. N. 134. c. 13. l. 5. §. f. ff. de Appellat. l. 1. §. 5. 11. & 12. ff. Quando appelland. sit. junct. N. 23. c. 1. l. 8. & 14. ff. de Captiv. & postlim. junct. N. 22. c. 7. 8. & 13.**

Mem-



## Membrum III.

## CODEX.

SEquitur nunc *Constitutionum Justinianearum Codex*, cujus præcæteris Corporis Juris Membris *Prærogativam* tam ab *Appellationis specialitate*, quàm *Materia Dignitate*, quàm *Emendationis singularitate*, quàm *derogatoriâ Authoritate Præ-Nobilissimus Dn. Præses in Programmate quo Orationem Professuræ Codicis auspicatoriam intimabat* pro more suo distinctè & fundamentalitè deduxit. Robur hic suum cœpit ex die 4. Kalend. Jan. sub 4to Consulatu Justiniani & Theodosii Paulini. A. C. 534. Imperii Justiniani 8vô §. 4. *circà fin. de Emendat. C. Justin.*

## Articulus I.

COdex autem non dicitur à cogendo, sed ab arboris caudice, ex quâ Tabula scripturæ idonea formari solebat. *Præ-Nobiliss. Dn. Præses in prælect. suis publ. super C. ad Inscript.* Nam sumebant quondam veteres in arboribus id, quod à radice crassius supra Terram assurgit, ex quo deinde Tabulas faciebant, hisqve cerâ illitis stylo scribebant, postea solis earum corticibus tenuioribusq; tunicis, nullâ cerâ adhibitâ, pro membranis usi sunt, uti recenset *Simon Schar dius in Lexico Juridico sub hoc vocabulo.* Codicis indè nomine propriè significatur Charta non quidem simplex, quæ à Papyro nomen retinet, licet non ex Papyro fiat, sed deletitia, in quâ, quod inaratur, facilè deleri potest ut reponatur aliud, in hac stylus scribit, in illâ calamus. *Cujac. in Præfat. w. C.*

II. Et hinc Codex sumitur pro omni materiâ ad recipiendam scripturam aptâ, sive simplex fuerit charta in quâ calamo, sive duplex in quâ stylo scribitur. *Præ-Nobiliss. Dn. Præses. l. c.* Non enim solum accipitur pro Tabulis ut in *l. 52. ff. de legat. 3. l. 3. §. 1. ff. de Tabb. exhib.* sed præterea pro quavis scripturâ & Instrumento tam in *Gene-re. l. fin. circà fin. C. de fide Instrum.* quàm in *specie* pro scripturâ & Tabulis Testamenti. *§. 13. l. de Testam. ordin. l. 1. §. 6. ff. de Bonor. possess. secund. Tabb. l. 3. §. 1. ff. de Tabb. exhib.* pro libro rationum. *l. 9. §. 2. ff. de Edendo.* pro libro Contributionum, seu Catastro. *l. 5. C. de censib. lib. 11.* pro Matriculâ & Tabb. dignitatum. *l. 3. C. de agentibus in rebus. lib. 12.* Specialitè sumitur Codex pro collectione Juris Justinianei & ac-





cipitur vel pro Institutis, quæ vocantur Codex Institutionum, seu Elementorum, l. 2 §. 23. C. de V. I. E. vel pro Digestis, quæ dicuntur Codex Juris enucleati. l. 1. §. 8. 11. & 14 C. d. T. vel specialissimè pro Juris Justinianèi systemate tam Digestis quàm Institutionibus contradistincto. uti h. l.

III. Et vocatur Corpus Codicis. Const. Cordi. §. 2. & 4. de Emendat. Cod. Codex Constitutionum. l. 1 §. 11. C. de V. I. E. N. 89. in præfat. nec non Codex Justinianèus. Const. Hac quæ. pr. & §. ult. de nov. C. fac. Const. summa §. 1. & 2. de Justinian. C. confirm. Const. Cordi. §. 4. & 5. de Emendat. C. §. 4. I. de Scto Tertull. quod ultimum Epitheton gloriosissimus Imperator Codicis volumini proprium dicavit, suumq; præterea Codicem appellavit & ad majorem auctoritatem conciliandam & ad differentiam Codicis tum Gregoriani, tum Hermogeniani, tum Theodosiani. Const. Hac quæ. pr. de nov. Cod. fac. tum Papiriani cujus mentio fit in inscript. l. 7. ff. de public. & vectigal. & commiss. quem rectè prædictis tribus Codicibus adjicit Dn D. Ericus Mauritius Antecessor Chiloniensis in Dissert. de libris Juris communis horumq; usu tb. 4. Nec speciosum istum Titulum Codex deposuit, licet post factam emendationem alium, dum nimirum Repetitæ prælectionis dictus fuerit, assumerit. Const. Cordi. §. 5. de Emendat. Cod. Arthur. Duck. de Usu & Auth. Jur. Civ. lib. 1. c. 4. §. 12.

IV. Et hic Codex Justinianèus est volumen seu liber Juris Justinianèi authenticus, qui Constitutiones principales in ordinem redactas continet. Const. Hac quæ. §. 2. de nov. C. fac. const. summa. §. 1. de Justinianeo C. confirm. Const. Deo auctore. §. 11. de concept. ff. Const. Imperatoriam. §. 2. de confirm. Inst.

V. Codex Justinianèus est duplex, alius in specie sic dictus, alius repetitæ prælectionis. Const. Cordi. §. 4. & 5. de Emendat. C. Codex Justinianèus in specie dicitur, qui ante ff. anno Imperii 2do jussu Justiniani est compositus ex Codice Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano. Const. Hac quæ. pr. de nov. C. faciend. const. summa. §. 1. & 2. de Justin. C. confirm. Const. Imperatoriam §. 2. de confirm. Inst. Codex repetitæ prælectionis, qui & renovatus Codex dicitur. Const. Cordi §. 5. de Emendat. C. est qui post ff. Anno Imperii 8vo est compositus. dict. const. Cordi. §. 4. & 5. de Emendat. C.

VI. Hic Codex repetitæ prælectionis dividitur in partes continen-



309

tinentes & in partes contentas. l. 3. §. 1. C. de V. I. E. Partes contentæ sunt seu communes, seu propriæ, partes communes sunt vel *Rubrum* & *Titulus*, vel *Nigrum* & *Textus*, partes propriæ sunt seu principales, seu accessoriæ, partes principales sunt Imperatorum constitutiones, partes accessoriæ sunt, Authenticæ Codici insertæ, quarum per univ-  
 sum Codicem numerantur 223. Ex his quædam & quidem plurimæ, nimirum 197. à Jcto quodam, quem per aliquot jam secula Irnerium fuisse Dd. unanimiter putârunt (fortassis tamèn haud sine errore, cum jam *Burchardum Wormatiensem* & *Ivonem*, utrumq; anteqvam Irnerius hanc lucem aspexisset, Authenticas ex Codice in Testimo-  
 nium vocasse, docuerit acutissimus Jctus Jenensis Dn. Dn. *Johannes Strauchius* in *Dissertat. cui Tit. Irnerius non errans cap. 2. th. 5.*) ex No-  
 vellarum Volumine Codici privatâ autoritate sunt submissæ, hinc per se nullam habent autoritatem, nisi quatenus cum Novellis, ex quibus de sumtæ sunt, conveniunt, suntq; vel correctoriæ, vel con-  
 firmatoriæ, vel explicatoriæ, & hæ sunt vel declaratoriæ, vel amplia-  
 tivæ, vel limitativæ, quædam verò jussu & autoritate Imperatoris *Friderici* Codici sunt insertæ, quæ absq; omni dubio LL. habent auto-  
 ritatem, suntq; vel *Authenticæ Friderici I.* ut *Auth. Habita. C. Ne Fili-  
 us pro Patre & Auth. Sacramenta Puberum C. si adversus venditionem  
 2. F. 53. §. 3.* vel *Authenticæ Friderici II.* ut *Auth. Gazaros post. l. 19. C. de  
 Heret. & Manich. & Samar.* vel *Auth. Navigia post. l. 18. C. de Furtis.*  
 vel *Auth. omnes peregrini post. l. 10. C. commun. de success. Const. in die.  
 §. 5. 9. & 10. de statut. & consuet. contra libert. Eccles. editis. Arthur. Duck.  
 de usu & Auth. Jur. Civ. lib. 1. c. 4. §. 13.*

VII. *Causa* Codicis est vel externa, vel interna, *causa Externa*  
 est vel *Efficiens* vel *Finis*, *causa efficiens* est vel principalis, vel mini-  
 sterialis, *causa efficiens principalis* est Imperator Justinianus. l. 1. §. 1. l. 3.  
 §. 1. C. de V. I. E. *Causa ministerialis* est excelsus Tribonianus, Magnifi-  
 cus Dorotheus, nec non viri Eloquentissimi Menna, Constantinus,  
 & Johannes. *Const. Cordi. §. 2. de Emendat. C.* *Causa finalis* Codicis est  
 vel *remota* nempe Reip. Rom. salus, ut novus Codex rebus profutu-  
 rus esset communibus & Romano conveniret Imperio. *Const. Hæc  
 quæ. §. 1. & ult. de nov. C. fac. const. summa. pr. & §. 2. in fin. de Justinian.  
 C. confirm. l. 1. §. 1. C. de V. I. E.* vel *proxima*, sc. constitutionum Impera-  
 toriarum *Compendium* & *Consonantia*, ut certæ & indubitata essent consti-



constitutiones & in unum Codicem collectæ ex quo recitatio constitutionum in omnibus ad citiores litium Decisiones fiat Judiciis. §. 2. *proæm. Inst. Const. Hæc quæ. §. 3. de novo C. faciend.* Causa Interna est vel materia vel forma. *Materia Codicis ex quâ & circa quam sunt Imperatorum Constitutiones. Const. Hæc quæ. pr. de nov. C. faciend. Const. Cordi. pr. de Emendat. C. Materia in quâ seu subjectum est Corpus Juris Justinianei: Forma est artificiosa Constitutionum Dispositio. l. 1. §. 1. C. de V. I. E. Const. Hæc quæ. §. 2. de nov. C. faciend. Const. Cordi. pr. & §. 2. de Emendat. C.*

VIII. Affectiones Codicis <sup>sunt</sup> vel positivæ vel negativæ, affectiones positivæ sunt: I. Quod Codex sit liber canonicus, adeoq; primario & per se norma Justitiæ. *Const. summa. §. 3. de Justin. C. confirm. Const. Cordi §. 5. de Emendat. C. l. 1. §. 11. C. de V. I. E.* II. Quod fuerit renovatus & emendatus. *Const. Cordi. §. 5. de Emendat. C.* III. Quod deroget Digestis. *d. l. §. 5.* IV. Quod post Digesta Juris studiosis sit explicandus. *Const. omnem. §. 5. de rat. & meth. Juris.* V. Quod allegatio fiat denominatione legis & Rubricæ, interjectâ literâ C. est autem duplex, alia fit sine libri adjectione, alia cum libri notificatione, illa adhibetur in textibus & libris 9. prioribus citandis, hæc usurpatur circa libros 3. posteriores *Præ Nobilissimus Dn. Præses l. c.* affectiones negativæ sunt: I. Quod in Codice nulla facile inveniatur Antinomia & Contrarietas. *Const. hæc quæ. §. 2. de nov. C. fac. Const. summa pr. & §. 1. de Justin. C. confirm. Const. Cordi. §. 3. de Emend. C.* II. Nec admittat Commentarios. *l. 1. §. 12. C. de V. I. E. const. Dedit. §. 21. & 22. de confirm. ff. ad Magn. Senat.*

IX. Contrarium est Juris contrarii constitutio, vel per Novellas Justiniani. *Const. Cordi. §. 4. de Emendat. C. vid. l. 23. pr. C. de SS. Eccl. junct. N. 111. & 131. c. 6 l. 12. C. de Episc. Aud. junct. N. 14. §. 1. ibi, omnia novissima sustinebit supplicia l. fin. C. Qui & adversus quos restit. in integr. junct. N. 155. l. 4. §. 1. C. de recept. arbitr. junct. N. 82. c. 11 l. 1. §. 1. l. 2 pr. C. de Jurejur. propter calumn. junct. N. 49. c. 3. & N. 124. c. 1 l. 13. §. 2. C. de Judiciis. junct. N. 53. c. 3. §. 1. & N. 96. c. 2. §. 1. l. 15. C. eod. junct. N. 82. c. 10. l. 6. C. de inoffic. Testam. junct. N. 18. c. 1. l. 27. C. eod. junct. N. 118. c. 3. l. 28. C. eod. junct. N. 115. c. 3. circa fin. l. 30. C. eod. junct. N. 115. c. 3. l. 31. C. d. T. l. 2. C. de inoffic. Donat. junct. N. 18. c. 1. l. fin. C. fam. hercisc. junct. N. 18. c. 7 l. ult. C. commun. utriusq; Judicii. junct. N. 18. c. 6. l. 2. C. de reb. cred. & jurejur. junct. N. 77. §. 2. l. un. C. de suffrag. junct. N. 8. c. 7. l. fin. C. de O. & A. junct. N. 4.*



N. 4 c. 2. l. 10. C. ad Sct. Vellej. junct. N. 134 c. 8. l. 10. C. de Usur. junct. N. 121 c. 2. l. 14. l. 17. C. eod. junct. N. 34. l. 23. C. eod. junct. N. 32. l. 4. C. de incest. & inutil. Nupt. junct. N. 12. c. 3. §. 1. l. 6. C. eod. junct. N. 12. c. 1. l. 7. C. eod. junct. N. 78. c. 3. & N. 117. c. 6. l. 3. pr. & §. fin. l. 5. in fin. pr. C. de secund. Nupt. junct. N. 2. c. 1. & 3. l. 8. §. 1. C. eod. junct. N. 98. c. 1. & N. 127. c. 3. l. 9. C. eod. junct. N. 22. c. 27. l. un. C. si secund. Nups. Mulier. junct. N. 22. c. 32. l. un. §. 15. C. de rei ux. act. junct. N. 61. c. 1. §. 1. l. 9. C. de pact. conv. junct. N. 97. c. 1. l. 24. C. de Donat. inter vir. & ux. junct. N. 22. c. 8. l. 7. C. de Repud. junct. N. 22. c. 14. & N. 117. c. 11. l. 8. §. 2. C. eod. junct. N. 117. c. 14. l. 9. C. eod. junct. N. 117. c. 10. l. 10. C. eod. junct. N. 22. c. 6. l. 8. C. qui dari Tut. vel Curat. poss. junct. N. 72. c. 2. & 4. l. 2. C. Quand. Mul. Tut. offic. fungi pot. junct. N. 94. c. 2. l. 24. C. de Adm. Tut. junct. N. 72. c. 6. & 7. l. 7. C. de Excus. Tut. vel Cur. junct. N. 72. c. 1. l. 3. C. de serv. fugitiv. junct. N. 134. c. 13. l. 1. & 7. C. de Coll. junct. N. 18. c. 6. l. 21. §. 1. C. de Test. junct. N. 107. c. 1. l. 29. & 30. C. eod. junct. N. 119. c. 9. l. 4. C. de lib. pr. et. junct. N. 115. c. 3. l. 2. C. de indict. viduit. junct. N. 22. c. 43. l. ult. §. 3. C. comm. de legat. junct. N. 39. c. 1. l. 6. §. f. C. ad L. Falcid. junct. N. 1. c. 3. l. 9. C. de suis & legit. Hered. junct. N. 18. c. 4. l. 2. C. ad Sct. Tertull. junct. N. 118. c. 2. l. fin. §. 1. C. eod. junct. N. 118. c. 2. l. 1. & ult. §. 2. l. 3. C. de legit. Hered. junct. N. 118. c. 3. l. 5. C. eod. junct. N. 118. c. 4. l. 13. §. 1. & 2. C. eod. junct. N. 118. c. 2. & 3. l. fin. C. commun. de success. junct. N. 118. c. 2. l. 4. C. de Bon. qua lib. junct. N. 118. c. 2. l. 1. C. de Relat. junct. N. 125. l. 20. C. de Appellat. junct. N. 23. c. 3. l. ult. §. 2. C. de temp. Appellat. junct. N. 49. c. 1. l. 1. C. Qui Bonis ced. poss. junct. N. 135. l. ult. C. de Bon. auth. Judic. possid. junct. N. 53. c. 4. l. 3. C. de litigios. junct. N. 112. c. 1. l. 2. C. de duob. reis constit. junct. N. 99. c. 1. l. 2. 3. 5. 17. 19. & 23. C. de Fidejuss. junct. N. 4. c. 1. & 2. l. 16. C. de solut. junct. N. 4. c. 3. l. 7. C. de revocand. Donat. junct. N. 22. c. 35. l. 15. C. ad l. Jul. de Adult. junct. N. 134. c. 5. l. 6. C. de sepulch. viol. junct. N. 115. c. 5. §. 1. t. t. C. de Bon. damn. junct. N. 134. c. 13. l. 6. C. de spectac. lib. 11. junct. N. 14. §. 1. ibi, omnia novissima sustinebit supplicia.

X. Vel per Novellas Friderici II. vid. l. 27. ibi, Civibus Romanis. C. de Testam. & quemadm. junct. Nov. Const. in die §. 10. de statut. & consuetud. contra libertat. Eccles.

XI. Vel per Jus hodiernum, tam universale quam locale, tam expressum, quam tacitum. *Præ-Nobiliss. Dn. Præses. c. l. D. Eccolt. in sepius allegata Hist. Jur. Civ. & Canon. Arthur. Duck. de usu & auth. Jur. Civ. lib. 2. c. 2. §. 9.*

XII. His Codicis Constitutionibus commodè annumerari possunt *Novellæ Constitutiones*, quas Imperator post compositum repetitæ prælectionis Codicem, anno Imperii sui 9. post natum autem Christum 535. & reliquis sequentibus usq; ad mortem ferè, novis indies controversiis ex

E

nego-



negotiorum varietate emergentibus successivè græcè edidit atqve promulgavit. *Const. Cordi. §. 4. in fin. de Emendat. C.* Communis Dd. opinio est, eas postea à *Juliano, Patricio, Exconsule & Antecessore Constantinopolitano* in linguam latinam versas, ab alioq; (ignoratur à quo) in unum volumen collectas & Titulis certis & capitulis esse donatas. Quia verò illa Juliani latina editio non nisi Epitomen habet Novellarum, prologos enim & epilogos detraxit, ipsâ duntaxat legislationis summâ retentâ, probabilius est græca Novellarum verba operâ *cujusdam Monachi Bergentionis Pisani* in latinum sermonem esse translata, quod prolixè deducit sæpius laudatus *Dn. D. Ericus Mauritius in Dissertat. de libris Juris communis th. 16.* & iis hodiè in Foro & Cathedrâ utimur, Jurisq; autoritatem obtinent & reliquis Justiniani LL. & Constit. derogant. *Herman. Vultej. in Prolegom. de studio Juris. D. Fiebig. in cit. suo Collegio M. S. super Inst. ad §. 2. & seqq. Proem. D. Eccolt. in sæpius allegatâ Hist. Jur. Civ. & Can. M. S. Admodum Reverendus & Præ-Nobiliss. Dn. D. Paulus Franciscus Romanus Pandectarum h. t. Professor, Preceptor & Patronus meus colendissimus in Collegio suo super Histor. Jur. univers. A. C. 1670. habito.* Quæ Novellæ hodiè in Corpore Juris Civilis libris Codicis annexæ, quemadmodum & illa 13. Imperatoris Justiniani Edicta, quæ ibidem reperire licet.

## Membrum IV. FEUDORUM CONSVETUDINES.

**J**us Feudale secundum communem Dd. opinionem à *Longobardorum* moribus primùm est introductum, indeqve *Consuetudines Feudales* dictum, Originem referunt ad tempora *Justini II. Imperatoris* circa A. C. 568. quo *Longobardi* Italiam invaserunt, atq; in eâ Italiæ parte, quæ adhuc hodiè *Lombardia* dicitur, sedem constituerunt, easq; LL. quas in veteri sede habuerunt, retinuerunt. Et licet *Carolus Magnus Longobardos* devicit, antiquum tamèn Jus confirmavit, paucis immutatis legibus. *Land N. lib. 1. art. 18. ibi, darzu behielten sie alle ihre alten Rechte / wo sie wider die Christliche Ehre und Glauben nicht waren. Duar. de Feudis. c. 3. circa fin. Wesenb. de Feudis. c. 3. n. 2. Arumæus Disp. Feud. 1. Jenæ 1634. iteratâ th. 18. Gotfried. Müller Disp. Feud. 1. Jenæ 1601. habitâ Th. 1. Job Reuter. Disp. Feud. 1. Jenæ 1622. habitâ Th. 1. D. Schnobel Disp. Feud. 1. th. 15. ibiq; D. Beier in Notis. Præ-Nobilissimus Dn. D. Romanus in laudato Collegio super Histor. Jur. univ.*

Artic.



## Articulus I.

Jus Feudale dicitur ab objecto & à Feudis, ob quorum determinationem & controversiarum Feudalium Decisionem est inventum. *1. F. 4. 2. F. 55.*

II. Nominantur etiam Jus Feudi: *1. F. 1. in fine. Usus Feudi, 2. F. 1. Consuetudo Feudi, d. l. Jura Militiarum. Mynsing. ad §. 1. proœm. Inst. ibi, & cum sacratissimas. n. 12.* appellatur etiam collatio decima ideò, quia Corpori Juris Civilis est annexum & post Novellas, in 9. partes, quæ collationes vocantur, divisas est collocatum. *Præ - Nobiliss. Dn. Præses in prælect. suis publ. super Feud. Consv. §. 2. & 11.*

III. Sumitur dupliciter vel pro lege & sanctione, vel pro ejus effectu, & iterum vel pro Facultate aliquid justè habendum vel pro qualitate Feudali. *1. F. 1. in fin.*

IV. Et est Jus positivum de Feudis constitutum. *1. F. 1.*

V. Quod est vel commune vel speciale. Jus feudale commune est, quod in Imperio Rom. Germ. universaliter obtinet. Estque vel scriptum vel non scriptum. *Scriptum* est, quod expressè sanctione est constitutum. Estque vel Constitutio Principis, vel Decretum Pontificis. *1. F. 6. 2. F. 25. 27. 28. 34. §. 1. 52. & 55. c. 7. X. de constit. c. 5. c. 13. de Judic. c. 6. de Foro compet. c. 13. de præscript.* Jus Feudale non scriptum est, quod ab initio usu est receptum & postea sine Methodo certâ ac ordine, sed tumultuariè & ut in buccam venit congestum & in scripturam redactum. *2. F. 1.* Cujus collectionem suscepit olim jussu Friderici III. Imperatoris Jctus quidam Bononiensis Antonius Mericutius de prato veteri, qui rubricas omnes confusas (verba sunt Job. Cuspiniani in vitâ Friderici III.) in pulchram seriem miro ordine reduxit, de Feudisque plenè tractavit. Hunc ipsum librum publicâ Imperii autoritate nondum confirmatû à magni nominis Jctis, Jafone in *Prælu-diis Feudorum*, Rittershusio, Fr. Hottomanno in *præfat. Commentarii libri Feudorum*, Gregorio Holoandro in *Epistola Nuncupatoriâ Novellarum & Feudorum ad Senatum Reip. Norimbergensis*, Jacobo Spigelio in *Accessionibus Lexici sui. p. 114.* Goldasto in *præf. Germ. Tom. 1. Statut. & Rescript. Imperialium*, Ludwelo in *Synopsi Juris Feudalis c. 1. p. 11.* Joachimo Hagemeihero de *Autoritate librorum Juris c. 10. in fin.* hætenus anxie desideratum jam bono Fato se possidere scribit cû honore sæpius allegatus celebris Antecessor Chiloniensis Dn. D. Ericus Mauritius in *Disp. de libris Juris communis hæditâ pridem habita th. 24.* ubi editionem cum Commentariis suis promittit, quam ut maturet Eruditos spes pulcherrima fovet. Præterea Jus Feudale, quod jam in Corpore Juris extat, dividitur in duos libros, à nonnul-



lis in 5. libri autem dividuntur in Titulos, seu Capitula, quæ sunt vel *ordinaria*, quæ primariò & per se eam habent auctoritatem ut ad causarum Decisionem allegari possint, de quorum tamen Autore certè non constat, adeoq; ab incerto eoq; privato homine ex variis consuetudinibus & libris eorum, qui in Foro versati sunt, collecta sunt. *Fr. Duaren. de Feudis c. 1. n. 4. D. Joachim Schnobel in Diss. Feud. 1. th. 6. in fin. ibiq; D. Beier in Notis & allegatus Dn. Conringius Tr. de O. I. G. c. 33.* comprehenduntur in lib. 1. & 2. usq; ad Tit. 73. Hoc tamen non obstante, ut authenticus liber publicè doceri & in Judiciis ad causarum Decisiones allegari potest. *D. Schnobel. d. l. th. 9. ibiq; Beier; vel Extraordinaria*, quæ per se nullam habent Auctoritatem & sic regularitè non probant. *Præ-Nobiliss. Dn. Praeses in prælect. suis feudal. §. 11. & 54.* Jus Feudale *speciale* seu particulare est, quod in certâ provinciâ specialitè observatur & Juri communi derogat, estq; vel Saxonicum vel Svevicum. Jus Feudale *Svevicum* est, quod obtinet in Sveviâ Ditionibusq; ad eam pertinentibus, vocaturq; *speculum Svevicum*. Jus Feudale *Saxonicum* est, quod vocatur Jus feudale *Saxonicum*, *Lehn-Recht* & in Terris Saxonis in usu est, estq; vel *provinciale*, quod in omnibus Saxonix Provinciis est receptum, vel *Locale*, quod in certâ tantum Provinciâ & Civitate obtinet. Est etiâ Jus Feudale vel *publicum*, quod ad statum Feudorum Regalium pertinet, vel *privatum*, quod ad privatorum spectat utilitatem.

VI. *Causa Juris Feudalis* est vel externa vel interna. *Externa* est vel efficiens vel finis, *Efficiens* est vel *principalis* tum expressa sanctio, tum tacitus consensus, vel *impulsiva* Feudorum introductio. *Causa finalis* est vel *remota*, salus nimirum publica, vel *proxima*, Feudorum conservatio & controversiarum obvenientium Decisio, quæ obtinetur per Juris Feudalis interpretationem & ad negotia feudalia justam applicationem. *Causa interna* est vel *Materia* vel *Forma*. *Materia* circa quæ seu objectum sunt negotia feudalia ad Justitiam feudalem conformanda & ad civilem beatitudinè dirigenda. *Forma* est habitualis & apta Juris Feudalis accommodatio.

VII. *Contrarium* est Juris feudalis abrogatio, eaq; vel *expressa*, quæ fit per legem expressam contrariam. *2. F. 13. vel tacita*, quæ fit per consuetudinem contrariam. *2. F. 1. junct. §. 1. de J. N. G. & C.* Et tantum est, quod de Juris Civilis Corpore proponere animus fuit, pleniorè & exactiorè Tractationem pagellarum angustia hac vice prohibuit, quod si autem hunc meum laborem lectori benevolo non penitus ingratum fuisse perspexero, daturus sum operam, quo idem fusiori methodo, ubi etiam Differentias legum antiquarum per noviora Jura abrogatarum ex ipsis textibus erutas unâ cum Dd. opinione quid in Foro obtineat adjiciam, vulgètur. Interim Deo unigenito Domino nostro Jesu Christo, in cujus nomine hunc laborem incepi & jam colophonem imposui pro concessis viribus sit LAUS, HONOR, & GLORIA.

F I N I S.











ULB Halle 3  
003 132 439




Sb.


WMA











24

JEHOVA BENIGNO FAVENTE!

1673, 1097  
12

# RESOLUTIO CORPORIS JURIS JUSTINIANEI,

*Quam*  
Consentiente Magnifico atq; Nobilissimo  
Jctorum Lipsiensium Ordine

*P. 69.*  
PRÆSIDENTE

VIRO

*Admodum Reverendo, Præ-Nobilissimo, Consultissimo*

*atq; Excellentissimo*

Dn. BARTHOLOMÆO LEON-  
HARDO SCHVENDENDORFFERO,  
J. U. D. Codicis Professore celebratissimo, Ecclesiæ Cathedra-  
lis Martisburgensis Canonico gravissimo, Curia Electoralis at-  
que Ducalis supremæ & Facultatis Juridicæ Assessore,  
nec non Academiæ Decem-Viro undiqvaque  
meritissimo,

*Domino Patrono, Promotore atq; Præceptore suo omni  
observantia cultu colendo,*

ad diem 6. Martii A. C. M. DC. LXXIII.

*publicè & solenniter Eruditorum Examine subjecit*

JOHANNES BALTHASAR Salschner!  
VVeisenselsâ-Misnicus. AUTOR.

LIPSIÆ

Typis JOHANNIS ERICI HAHNEL

